ες βύσσον) ες βυθον Arch. cum Vind. contra morem, Schol. in Comici Ranas v. 138 Ιωνες τον βυθον βυσσον λεγεσι. *Weſſeling.*

Poſt ὑδωρ τετο comma ante Reiz. poſt αληθεως abeſt comma Ald. Cam. I. II

λεγεται) λεγεται εςι Paſſion. Ask.

Poſt ειεν abeſt comma Ald. Cam. I II.

αγαγειν) αγειν Arch. Vind. Poſt σπανιωτατον comma Ald. Cam. I. II.

εθηησαντο) εθεησαντο Arch. Askew. & infra. Confer. Not. ad I, 10.

ad Cap. XXIV.

ὑαλε) Vind. Arch. ξυλε Askew. Paſſion. qui ὑελε pro gloſſa, etiam mox, ubi iterum uterque ξυλε olim ὑελε cum Ald. Jonum & Atticorum veterum abſuetudo ὑαλον praetulit. Docte Hemſterhuſ. ad Thom. Mag. ὑαλος. *Weſſeling.*

εξομοιευντες) εξομοιεμενοι Arch.

ευεργος) ευεργετως Arch. Vind. Diodorus hinc habet, Noſtri uſus teſtimonio. Poſt ορυσσεται punctum Ald. Cam. I. II, qui comma poſt ση ςηλη habent, & colon poſt νεκυς.

ὁμοιως αυτω τω νεκυϊ) colon hic poſuit Ald. Cam. I. II, his offenſus de Pauw, εχει — ὁμοιως αυτω ὁ νεκυς coniectavit, nimis confidenter. Quid ſi αυτω τω νεκυϊ alienum nunc occupent locum, olim, uti in cod. Remig. οἱ μαλιςα αυτω

τω τω νεκυϊ προσηκοντες ſcripta? Loquendi formulam ſcriptor non renuet, quippe *οιχεσθαι αγγελλοντα τοισι προσηκουσι τω νεκρω* IV, 4. At nihil decerno. *Weſſeling.* Weſſelingianam hanc coniecturam probavit *Larcherius*, nec nobis a vero abſimilis videtur.

μαλιςα προσηκοντες) abeſt hic comma Ald. Cam. I. II. *μαλιςα αυτω τω νεκυϊ* Remig. conf. not. praeced.

παντων τε) Vind. Arch. Vulgo deſit enclitica, abeſt quoque ab Ald.

Poſt *μετα δε ταυτα* comma Ald. Cam. I. II.

ἱςασι) Medic. Vind. Ask. Paſſion. Arch. *ἱςωσι* Ald. & Edd. cum Pariſ. B. poſt *πολιν* colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXV.

απαλλασσοντο οπισω) colon hic Ald. Cam. I. II. *απαλλασσονται* Arch. Vind.

οργην ποιησαμενος) *αρχην* iidem perperam. Quandoquidem *ὁρμητο ςρατευεσθαι*, & ſimilia frequenter occurrunt, non miror *ὁρμην*, viro cuidam docto veniſſe in mentem; verum *οργην ποιησαμενος* idem eſt ac *οργισθεις iratus* Herodoti Xerxes VII, c. 105 *ουκ εποιησατο οργην ουδεμιην, αλλ' ηπιως αυτον απεπεμψετο.* Thucydidi dicuntur Athenienſes IV, c. 124 *οργην ποιουμενοι* (c. 123 *οργισθεντες*) *ει και οἱ εν ταις νησοις ηδη οντες αξιουσι σφων αφιςασθαι.* Huius ſimillimae Herodoto formae ſunt loquendi; *θωϋμα ποιευμενοι, mirati; ληθην ποιευμενος, oblitus; καταςροφην εποιησατο, debellavit;* VIII, 74. 1. VI, 28. Ab his diſtant iſtae, Herodoto aliisque frequentatae,

δεινον

δεινον ποιεισθαι, μεγα, & συμφορην ποιεισθαι· in quibus, ἡγεισθαι, τιθεσθαι & ποιεισθαι eidem uſui inſerviunt. *Valkenar.*

Poſt Αιθιοπας punctum Ald Cam. I. II.

εσχατα της γης) Arch Vind. Articulus Ald. & aliis abeſt poſt ςρατευεσθαι, punctum ante Reiz.

οια δε εμμανης τε εων) οια τε Paſſion. Ask. tum εων ambo cum Med. Vind. rectiſſime; ων Ald. & edd. poſt εςρατευετο punctum Ald. Camer. I. II.

αὐτȣ) Pariſ. A. B. Paſſion. Ask. αυτȣ ταυτη Arch. & Valla, αὐτω Med. Vind. αὐτῷ Ald. Cam. I. II. Optime Arch. aliorum αὐτȣ, ſi tacuiſſet is, fuiſſet probum: ſed & iſtud Herodoteum, ut I, 214 oſtenſum, & a Gronovio IV, 135. *Weſſeling.*

ςρατευομενος) πορευομενος Arch. Vind. Valla. Haud ſcio, repudiarine debeat πορευομενος εγενετο εν Θηβησι, ut toties repetitum ςρατευεσθαι videtur. *Weſſeling.*

Poſt ενετελλετο comma abeſt Ald. Camer. I. II.

εξανδραποδισαμενȣς) comma hic habet Ald. Cam. I. II. Nihil certe urget, cur εξανδραποδισαμενος cum viro docto pingatur: adhaeret ſequenti verbo, & recurrit alias. *Weſſeling.*

το τȣ Διος) το non habet Arch. & poteſt deleri. Poſt Αιθιοπας colon Ald. Cam. I. II, comma poſt αυτȣς και in iisdem, item poſt μετα δε.

επελιπε) επελιπετο Remig.

ην αν σοφος ανηρ) ην ανηρ σοφος Arch. ην αν ανηρ σοφος Paſſion. & Ask.

Poſt

Poſt ϛρατιωται abeſt comma Ald. Camerar. I. II.

μεν τι) μεν τοι Arch. Vind.

ποιηφαγεοντας) Arch. ποηφαγεοντες & comma hic Ald. Cam. I. II.

διεζωον) διεζων Arch. Vind.

αυτεων) αυτεων Ald. Cam. I. II.

αποκληρωσαντες) αποκληρωθεντες Arch.

ϛολον) citat Thom. Mag. in voce. Poſt επορευετο punctum Ald. Cam. I. II.

εκ Θηβεων δε καταβας ες Μεμφιν) Paſſion. Askew. Pariſ. B. Remig. & Edit. Jungermanni, Θηβαιων Arch. Vindob. Ald etiam brevi poſt, Θηβων Med. male; tum addit Ald. δε επορευοντο εχοντες αγωγας και καταβας, quae Med. Arch. Ask. Vind. Paſſion non norunt, neque Valla expreſſit, quare a Gronovio, Weſſelingio & Reizio deleta ſunt.

Poſt ϛολος comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXVI.

Θηβεων) Askew. & Paſſion. Θηβαιων Ald. Edd. Vind. Arch. Poſt αγωγας colon, poſt απικομενοι μεν comma, poſt πολιν punctum & poſt την comma in Ald. Cam. I. II.

φυλης) φυγης Arch. Narrat apud Etymologum p. 160, 22. Themiſtagoras, cum colonis Samum profectos Proclem & Tembriona, facta cum Caribus ſocietate, Samum in duas tribus diviſiſſe, quarum unam de fluminis nomine Σχησιαν dixerint; alteram de nomine urbis Αϛυκαλαιαν. Hoc unico loco *Berkelius* inductus, *evidentiſſimum eſſe*, ſcribit ad Steph. Byz. in

in Ἀπάτοις, *in Herodoto reponi debere*, Σάμιοι τῆς Σχησιης φυλης λεγομενοι ειναι, aut της Σχησιονιης. Neutra coniectura probabilis videbitur: Codex Etymologici Mſſ. Χήσιον & Χησιαν exhibet, quam ſinceram eſſe ſcriptionem contendit, Etymologi locum docte pertractans, Henric. Valeſius in Exc. ex Dionyſ. Halic p. 75. Una de duabus tribubus, ut a flumine Χησια, ſic ab altero coloniae duce Tembrione, Τεμβριωνια denominari potuit: ſed hoc, literas vulgatas proprius accedens, aeque eſt incertum. Tribus, in quas populi quidam fuere deſcripti, ſi Atticas excipias, raro memorantur veteribus. *Valkenar.* Addit his *Weſſelingius*: Verum Themiſtagoras non Samiis, aucta eorum civitate & copiis florente, negat plures tribus; de primis initiis, cum Graecorum coloni Caribus, inſulam poſſidentibus, miſcerentur, memoravit. Qua re Aeſchrioniae tribui, etſi alibi vix proditae, nihil afficit. Conf. Nicandri Alexiph. v. 151, & Scholia, & infra c. 39.

Θηβεων) Askew. & Paſſion. Θηβαιων Ald. Edd. Vind. Arch.

κατα Ἑλληνων γλωσσας) forſan articulum codd. agnoſcent interiectum: κατα την Ἑλλ. γλωσσαν ſcribi ſolet ab Herodoto: p. 99, 16. 239, 5, ſed κατα Ἑλλαδα γλωσσαν p. 256, 34. p. 365, 25. Vulgatur in Aeliani V. H. IX. c. 16 αυτο τουνομα (Μαρης) εις την Ἑλλαδα φασιν, ἱπποµιγης δυναται. Ex Scaligeri Caſtig. in Propert. p. 287 dudum recipi potuiſſet emendata lectio: εις την Ἑλλαδα φρασιν. Scaligerana ſemper digna

na ſunt, quae conſideratius exigantur a literatoribus. *Valkenar*

Μακαρων νησοι) Arch. Vind. Valla, Olympiodor apud Phot. Bibl. p. 191. Euſtath. in Homer. p. 1509, 30 νησος vulgo cum Ald. Citat Stephanus in Αυασις. In Μακαρων νησοι ob Olympiodorum & Euſtathium, nominatim Herodotum appellantes, non haeſitavi: ſolent ita de his inſulis Graeci, in quis Plato Menex. p. 205 atque alii. Μακαρων tamen νησος Steph. Byz. ſed convertuntur apud Suidam & Heſychium voces iſtae. *Weſſeling*. Poſt νησος colon habet Ald. Cam. I. II.

ακȣσαντες) ακȣοντες Vind. Arch.

Poſt περι αυτεων punctum Ald. Cam. I. II, colon poſt ενοςησαν.

δε ταδε) Arch. Valla. In vulg. & Ald. και ταδε. Delevit copulam *Weſſelingius*: nihil praecedit, quod eam aut requirit, aut tueri poteſt. Diſplicuit & Pauw. *Weſſeling*

Poſt αυτεων τε comma Ald. Cam. I. II.

αριςον — αυτεοισι Med. Paſſion. utrumque, prius quoque Askew. Vind. Arch. αυτεοισι ab Ask. abeſt. Vulgo cum Ald. αριςον δε & αυτοισι, poſt αυτοισι comma Ald. Cam. I. II, in quibus colon poſt εξαισιον.

ad Cap. XXVII.

ὁ Απις) Articulum Arch. non legit. Poſt τον comma Ald. Cam. I. II

ἑιματα τε) ἑιματα τε εφερον Arch. Vind. τε abeſt aliis & Ald.

Poſt καταδοξας abeſt comma Ald. Cam. I. II.

εκα-

εκαλεε) Arch. Vind. quod praeſtat: ita mox denuo. Vulgo εκαλεσε cum Ald.

απικομενες) απικομενων Vind

ὅ, τι) ὅτι Ald. Camer. I. II, & poſt Μεμφι comma.

εποιευν) εποιευντο Arch. poſt Αιγυπτιοι colon Ald. Camer. I. II, nullum habent comma poſt ποτε δε.

επει) επειδη Arch. Vind. poſt αποβαλων & poſt οἱ δε commata ſunt in Ald. Cam. I. II.

θεος ειη) Medic. Arch. Vind. Paſſion. Ask. παρειη Ald. & Edd. Pariſ. A. Remig. Poſt φανεις nullum comma Ald. Camer. I. II, habent comma poſt κεχαρηκοτες.

ad Cap. XXVIII.

τα αυτα) ταυτα Askew.

ε λησειν εφη αυτον) abeſt comma Ald. Cam. I. II. *Non clam ſe fore dicebat, ſi manu tractabilis veniſſet ad Aegyptios Deus.* Χειροηθης, *manſuetis*, τας χειρας προσφεροντα ὑπομενων, Xenophonti p. 418, 29 movit mihi olim ſuſpicionem, ſcriptum fuiſſe primum: Ψαυσειν εφη αυτε, *contrectaturum ſe* Deum manu tractabilem. Iſta cum dixiſſet, επαγειν εκελευε τον Απιν. *Valkenar*

επαγειν) απαγειν Pariſ. B Remig. Paſſion. Ask. αγειν Arch. Vindob. Poſt οἱ μεν comma Ald. Cam. I. II.

μετηϊσαν) Sic cum Reizio edidimus pro μετῄσαν, Joniſmo iubente, poſt αξοντες colon Ald. Cam. I. II

ἑτον) non eſt in Arch. Vind. poſt βοος colon Ald. Cam. I. II.

βαλ-

βαλεῦσθαι) βαλεσθαι Arch. Vindob. Hoc probare ſe Pavio non potuit: λαβεσθαι divinavit, forte animo volvens Lucae Ev. C. I, 31 και ιδȣ συλληψη εν γαςρι, quod ibi iuſtiſſimum, neque iſtud hic damnabile. Adſolet alias αναιρεισθαι illa in re uſurpare: cum tamen βαλεσθαι ες θυμον probaverit, & Codd. conſpirent, dictioque abſurdi habeat nihil cur mutanti obſequemur? *Weſſeling.*

την βȣν) την βουν Ald. Cam. I. II.

κατισχειν) colon hic habet Ald. Cam. I. II. Ob rariorem uſum τȣ κατισχειν excitat Herodoti verba Euſtathius ad Iliad. A. p. 100, 40. Abreſch Diluc. Thucyd. p. 460. *Valkenar.* Poſt καλεομενος comma Ald. Cam. I. II, poſt τοιαδε punctum.

εων μελας) Medic. Arch. Vindob. Paſſion. Ask. Valla, & Pariſ. A. B. apud *Larcher.* μεγας Ald. & Edd. Pariſ. A. apud *Weſſeling.* Remig. male. Summo iure Gronovius ex Medic. cui plures adſentiuntur, recepit μελας, locumque, expulſo inutili verbo, inſtauravit. Aelian. de Animal. X, 10. Strabonem & alios adiungere dedignatus eſt. *Weſſeling.*

τετραγωνον) Medic. Arch. Paſſion. Askew. Ceteri cum Ald. τετραγωνον φορεει· Signa, quibus Apis a cultoribus agnoſcebatur, hic etiam enarrata, variis differendi praebuere materiem: videndus in primis Jablonskius Panthei L. 4. c. 2, quorum υπο δε τη γλωσση κανθαρον, corrigit & Weſſelingii Diſſ. Herod. p. 175 merito laudans illuſtris Galli coniecturam, pro λευκον τετραγωνον, corrigentes λευκον τι τριγωνον. Apin Nili

Nili fuiſſe atque Aegypti fecunditatis ſymbolum Jablonski docuit: utrumque τριγωνον illud expinxit. Aegypti figura traditur eſſe τριγωνον & δελτωτον, Eratoſth. Cataſt. c. 20. Theoni ad Arati Phaenom. v. 235 de fecunditatis imagine Porphyrius Euſeb Praepar. 3. p. 98. D. σπορα, και γενεσει (απενειμαν) Φαλητα, και το Τριγωνον σχημα, δια το μοριον της θηλειας. *Valkenar.* Reſtat λευκον τετραγωνον, quod τι τριγωνον ſive *triquetrum* eſſe debebit, ſi Apidis ex aere figurae, quarum frontibus triangulus inſcriptus, non fallunt. Vidi ipſe tales, & complures comes Caylus, τριγωνον refingens, in *Recueil d'Antiq.* T. I. p. 43. Porro de notis ſacri huius bovis Plin. VIII. Hiſt. Nat. c. 46. *Nodus ſub lingua, quem cantharum appellant.* Etiam Porphyr. apud Euſeb. Praepar. Evang. 3, 13 ἡλιȣ δε σημειον, το ΜΕΛΑΝ τȣ σωματος, και ΥΠΟ τη γλωττη ΚΑΝΘΑΡΟΣ. Qui Herodotum ſtudioſe cum verſaverint, utique hic ὑπο δε τη γλωσση κανθαρον inveniſſe cenſendi ſunt: atque haec plauſibilis coniectura Jablonskii Panth. IV, 2. p. 183. *Weſſeling.* Utramque coniecturam iure probavit *Larcherius*, nosque ſine dubio veram putamus.

νωτȣ) νοτȣ Ald. Cam. I. II, cum commate poſt vocem

επι δε τη γλωσση) ὑπο coniect. Jablonskii, vid. not. ad τετραγωνον.

ad Cap. XXIX.

Poſt Καμβυσης abeſt comma Ald. Camer. I. II, idem poſt εγχειριδιον abeſt ab iisdem.

τοιȣτοι θεοι) Ald. & Edd. Arch. Vind. Pa-

riſ. B. Remig. Valla. In Med. Paſſion. & Ask. ἔτοι οἱ. Multo ſignificantius Aldin. quam Medic. Addunt auctoritatem ſchedae veteres. *Weſſeling.*

Poſt γινονται abeſt comma, poſitum poſt ενωμοι τε in Ald. Cam. I. II.

επαΐοντες) εσαΐοντες Arch.

μεν Αιγυπτιων ἔτος γε ὁ θεος) Vind. Arch. In Med. Paſſion Ask. μεν γε — ἔτος γε ὁ. Poſterius γε non habent Ald. & Edd. Sequutus eſt Weſſeling. Arch. & Vind. non oblitus, γε in Poetis bis ſaepe uno in verſu collocari, quibus urguens adeſſe cauſa ſolet metri. Confer. Valkenar. ad Tragici Phoeniſſ. v. 557. p. 209. *Weſſeling.*

απομαστιγωσαι) απομαστιγωσειν Arch colon hic habet Ald. Cam. I. II, in iisdem poſt αλλων & τον commata, poſt κτεινειν colon.

μεν δη) Ald. Edd. Med. Arch. Vind. Paſſion. Askew. δη excidit operarum negligentia in aliis.

εδικαιευντο) εδικεοντο Arch. Vind. prave.

ad Cap. XXX.

Poſt Καμβυσης δε abeſt comma Ald. Camer. I. II.

αυτικα — εμανη) Paſſion. Ask. Vind. Arch. vulgo cum Ald. δια τουτο το αδικημα αυτικα εμανη. Poſt φρενηρης punctum Ald. Camer. I. II, comma poſt κακων, item poſt τον ante απεπεμψε.

ες Περσας) exulant haec duo ex Arch.

το τοξον) Med. Ask. Paſſion. Arch. Vind.

το Ald. & Edd. non habent. το τοξον — ειρυσε damnat haec, futilia arbitratus, de Pauw; neque enim arcui tam inflexibile robur, ut Perſarum nemo intendere valuerit, adfuiſſe: aliud, modo verba, ut oportet, ſcribantur, indicari: Herodoti manum eſſe ὁσον τε επι δυο δακτυλοις ειρυσε, h. l. επειρυσε, praepoſitione interpoſitis aliis a verbo diſtracta, *duobus fere digitis*, indice nempe & maximo, *arcum tenderet.* Quod ego commentum exagitare nolo. De ingente arcus rigore teſtatur rex Aethiops c. 22 vires eum tendendi haud obſcure negans Perſis: ineſt praeterea emendationi tale loquendi genus, cui par deſidero. *Weſſeling.*

το παρα) Ald. Edd. Pariſ. A. B. Remig. ὁ Med. & ſequaces cum Arch. male, poſt το comma inſeruit Ald. Camer. I. II, idem poſt Περσεων.

εν τω ὑπνω) tria iſta abſunt Vind. Arch. ſine cauſa, vid. II, 139.

αρχη) Arch. Vindob. ora Steph. Paſſion. Ask. αρξη Med. Ald. & alii.

ες Περσας) non novit Arch. Vind. quibus locum ſi recuſaveris, non obluctabor cum *Weſſelingio.*

αποκτενεοντα μιν ὁ δε, αναβας ες Συσα) haec ſeptem negligens librarius Ask. praeteriit.

Poſt οἱ μεν comma, quod poſt λεγουσι abeſt Ald. Cam. I, II.

επ' αγρην εξαγαγοντα) Redit ad Smerdin, exuntem, εξελαυνοντα. Malim tamen εξαγαγων, ut ad Prexaſpen redeat. Quid ſibi velit προσαγαγοντα, non video. Forte προς αλιειην

 αγα-

αγαγοντα ad piſcationem. Haec vir doctiſſ. (Reiskius) in Miſcell. Lipſ. verum enim vero προσαγαγοντα καταποντωσαι cum Prexaſpem ſignent, aliumne praecedentia poſtulabunt? Adduxit infelicem Smerdin ad Rubrum-mare, ſive Perſicum ſinum, (nam is innuitur, uti I, 189. VI, 20.) Prexaſpes, ſed quo obtentu, proditum non eſt. *Weſſeling.*

Poſt προσαγαγοντα comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXXI.

επισπομενην) ἑπομενην margo Steph. Askew. Paſſion. ex gloſſa, επισπωμενην Arch. Vindob. Ald. & Edd. prave. Poſt τη comma, poſt και συνοικεε colon Ald. Camer. I. II, poſt ὡδε punctum.

οἱ Περσαι) deſit articulus Ask. Arch. Paſſion. poſt Περσαι comma Ald. Cam. I. II.

βασιληïες δικαςας) βασιληïες καλεομενες δικαςας Arch. Valla, Vind. Obſervata haec fuerunt Heſychio in Βασιλεις. Interponi καλεομενες ex Valla & codd. poterit, ubi neceſſitas, quam nullam video, urſerit. Supra c. 14 & VII, 194 βασιληïοι δικαςαι tantum. *Weſſeling.*

η σφι παρευρεθη τι αδικον) Med. Arch. Paſſion. Ask. alii eum Ald. Cam. I. II, Steph. I & ſeqq. ην σφι μη παρευρεθη ην in η mutavit, & μη eiecit Gronovius, auctoritate Medic. probarunt hoc Weſſelingius & Reiz. quos ſequuti ſumus in textu deſcribendo. Nunc tamen magis placet Aldina lectio, quae cum Toupio Emend. in Suid. P. 3. (p. 325. T. I. Opuſc. Crit. edit. Lipſ.) ſic diſtinguenda & interpretanda: οἱ δε

βα-

βασιληΐοι δικαςαι, κεκριμενοι ανδρες γινονται Περσεων, ες ὃ αποθανωσι, η σφι ΜΗ ΠΑΡΕΥΡΕΘΗι τι αδικον, μεχρι τετε. *Regii autem iudices, viri probati, perpetui ſunt, donec moriantur; ſi modo eo usque nihil iniuſti fecerint.* Nobiscum & cum Toupio ſtat *Larcherius*

μεχρι τετε) Vind. Arch. τετων Ald. Med. &c. Scripſi μεχρι τετε ſicuti c. 21. Nam quae Valla & Arch. mox liberaliter offerunt, illis non utor. *Weſſeling.*

τοισι Περσησι δικας) cum Reizio e Vindob. Arch. & Valla Περσησι recipere ſtatuimus, quod abeſt ante Reiz. ſicuti δικας abeſt a Vind. Arch. Valla.

Poſt γινονται colon Ald. Cam. I. II.

ανακεαται) Ald. Cam. I. II, alii ανακεεται cum Steph. I, aut ανακεῖται. Male Steph. mutavit, quippe Ιακον & genuinum, uti I, 14 & alias. *Weſſeling.*

υπεκρινοντο) Med. Paſſion. Ask. υπεκρινάντο Vindob. Arch. Ald. & Edd. Exſcripſit haec Schol. Luciani de ſacrif. T. I. p. 530 nonnulla mutans. *Weſſeling.* Poſt δικαια & ασφαλεα commata habet Ald. Cam. I. II, ſed nullum comma poſt φαμενοι.

το, αν) Paſſion. Askew. Arch. Vind. ora Steph. τα, αν Med. Ald. cum Edd. Poſt ελυσαν abeſt comma Ald. Cam. I. II.

δεισαντες Καμβυσεα· ινα τε μη αυτοι) δεισαντες τε Καμβυσεα, ινα μη αυτοι Reiskius. Poſt Καμβυσεα comma Ald. Cam. I. II.

ερωμενην) ειρημενην Vind. Arch. Valla.

μετα μεν τοι ε πολλον χρονον) comma hic

 habet

habet Ald. Camer. I. II μετα δε χρονον ceteris omiſſis, Vind. Arch. Valla

δητα) δη την Arch. Vind.

επισπομενην) επισπωμενην cum Ald. iidem. Poſt Αιγυπτον comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXXII.

Poſt αυτης comma, ſed nullum neque poſt διξος, neque poſt Σμερδιος Ald. Cam. I II.

λεγεται λογος) Ora Steph. Arch. Vindob. Ask Remig. Fragm. Pariſ. εκφερεται λογος Ald. Med. Edd. Prius ex membranis placuit Weſſelingio, idque iure. της περι λεγεται ὁδε λογος II, 135, & c. 47 εϛι μεν λογος περι αυτȣ λεγομενος &c. *Weſſeling.*

μεν γαρ λεγȣσι) plerique, a Med. Paſſion. Ask. γαρ abeſt.

συμβαλεειν) non legit Arch. ſed mox κυνος βαλεειν μαχεσθαι.

Poſt σκυλακα nullum comma Ald. Camer. I. II, habent poſt γενομενȣς, & poſt την δε & παρημενην.

δακρυοι) δακρυει Vind. Fragm. Pariſ. Comma poſt την δε Ald. Cam. I. II

και μαθȣσα) Comma hic Ald. Cam. I. II. και καταμαθȣσα Arch. Vind. tum εκεινω cum Paſſion. & Ask.

θριδακα την γυναικα) Citat Gloſſ. Sangerm. & Phrynich. poſt γυναικα comma Ald. Camerar. I. II.

περιτιλαι) περιτειλαι Med. Paſſion. Askew. vulgatum habet Ald. Arch. Vind. Remig Pariſ. A. B. cum Fragm. Remittimus ad exploſum

ſum *αποτειλας* Muſae primae c. 123, ut *περιτειλας* Med. ſtabiliatur. Error eſt ſcribarum, ſimplicem vocalem & diphthongum, ut ſaepiſſime in Mſſ. confundentium. *Weſſeling.*

κοτερον) Arch. Medic. Paſſion. Ask. Vind. *κοτερα* Ald. & Edd.

περιτετιλμενη η δασεια ἡ θριδαξ ευσα ειη καλλιων) Arch. Vindob. ultimum *καλλιων* etiam in Med. Ask. Paſſion. Fragm. Pariſ. *αμεινων* Ald. & Edd. olim erat *ἡ θριδαξ, η δασεια, ειη καλλιων.* Quod in Arch. & Vind. *ἡ δασεια ἡ θριδαξ ευσα* Herodoteum quodammodo redolet genium; prorſus autem, ubi *δασεη* foret. Verum multorum in ſimilibus graſſata licentia eſt. *θριδαξ* ex Grammaticorum decreto Jonum tantum eſt, *θριδακινη* Atticorum, cui docti viri non adſurgunt. Lege eorum animadv. ad Thom. Mag. *θριδακινη*. *Weſſeling.* Interpretamentum videtur, quod in codd. inventum a Galeo & Gronovio *καλλιων*· ab Herodoto ſcriptum: *κοτερα περιτετιλμενη ἡ θριδαξ ἡ δασεια, ευσα* (hoc e codd. reciperem), *ειη αμεινων, και τον φαναι, δασειαν.* Hoc in loco *αμεινων* reddi potuit *καλλιων*, ut *αμεινον καλλιον* Heſychio, non vice verſa. Quam *περιτετιλμενην* Herodotus, *θριδακα απολελεμμεναν* dixit Epicharmus Athen. II, p. 68. F. *Valkenar.*

δασειαν) Arch. Vind. Paſſion. Ask. ora Steph. alii cum Ald. & Med. *δασεια.*

μεν τοι κοτε) Med. Vind. Fragm. Pariſ. Paſſion. Askew. *μεν δη κοτι* Ald. & Edd. Pariſ. A. Remig.

εμιμησαο) διεμιμησαο Fragm. Pariſ. εμιμησω Arch. Vind.

Poſt τὸν δε comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXXIII.

οικηΐες) οικειοτατες Vind. Arch. Valla, qui οικηΐωτατες ſi offerent, quod hac in re cap. 65 laudem mererentur.

δη δια) Arch. Ask. Vind. Pariſ. A. B. Ald. Cam. I. II, Steph. I, quod revocavit Weſſeling. in aliis δε.

Poſt αλλως abeſt comma Ald. Cam. I. II

εωθεε) Med. Paſſion. Askew. Vulgo εωθε cum Ald. Arch. Vind.

κακα) non habet Paſſion.

εκ γενεης) και εκ γενεης Arch. Vind. Poſt Καμβυσης colon, poſt την comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XXXIV.

λεγεται γαρ ειπειν αυτον) quatuor haec omittit Fragm. Pariſ. ſed προς δε Πρηξασπεα.

Poſt τον ante ετιμα comma inſeruit Ald. Cam. I. II, colon poſt ἔτος.

οινοχοος ην τω Καμβυση) οινοχοει Καμβυση Fragm. Pariſ. poſt Καμβυση punctum habet Ald. Cam. I. II.

τιμη δε και αὑτη) Med. Ask. Paſſion. Vind. Arch. και in Ald. & aliis non invenitur. Poſt ταδε colon Ald. Camer. I. II, poſt ανδρα punctum.

εμεο) εμευ Arch. Vind. Rarior pronominis flexio in Muſis obvia lib. I, c. 126. 6, 86, 1 &c. uti σεο c. 9 &c. Contra ea σευ & εμευ, quod

quod hic in Arch. & Vind. creberrima, de Pauw in praefatione galeata, Phrynicho praefixa, non dubitat, amanuenſes erraſſe, & pro σεο & μεο ſcripſiſſe σευ & μευ, haec enim Dorica eſſe, non Jonica. Etymologum auctorem in εμειο, & Phavorinum in V. Εγων advocat hanc ad rem, non malos quidem, at non locupletes. Gravior multo Apollonius Dyſcolus in Excerptis eſt & apud Salmaſ. in Solin. p. 591, ubi εμευ κοινη Ιωνων και Δωριεων· εμευ δ' ἑλετο μεγαν ὁρκον· ex Homero, cui Pherecyden & Democritum addit, quos omnes una cum Herodoto a ſcribis in his depravatos, etſi Pavius confidenter adſerit, haud facile obtinebitur. Equidem non improbo εμεο, ſicubi codd. adeſt auctoritas, nec εμευ. *Weſſeling.*

Poſt ποιευνται colon, poſt τον δε comma, poſt ειπειν colon Ald. Cam. I. II, in his quoque punctum poſt επαινεεαι.

φιλοινιη) Med. Paſſion. Ask. Arch. Vind. Valla, Fragm. Pariſ. in quo μεγαλως προσκεεσθαι, φιλονεικιη Ald. & Edd. cum Pariſ. A. Optime reſtituit Gronovius Herod. I. c 134 de Perſis: οινω καρτα προσκεαται. Athen. X. p. 433 B. Φιλοινος εστιν ὁ προς οινον ἑτοιμος· — Νεστωρ προσεκειτο των αλλων μαλλον τω οινω. Eamdem reſpiciens hiſtoriam, ſua tamen aliunde repetiit, Seneca de Ira III, 14. Cambyſen regem nimis deditum vino (φιλοινιη προσκειμενον) Prexaſpes unus ex cariſſimis monebat, ut parcius biberet; turpem eſſe dicens ebrietatem in Rege, quem oculi omnium aureſque ſequerentur. Ex Herodoto hiſtoriam ſumſiſſe Seneca videbatur

Jo. Hartungo Locor. Memorab. Dec. 2. c. 8; 20. *Valkenar.*

Poſt τον μεν comma, idem poſt τον δε Ald. Cam. I. II.

τοιαδε) Fragm. Pariſ. Medic. Ask. Paſſion. ceteri eum Ald. τοις δε, levi differentia. Poſt αμειβεσθαι colon Ald. Cam. I. II.

φασι Περσαι) Paſſion. Askew. Arch. ſed προσκεισαμενον neglecto οινω Vind. Valla, ora Steph. Περσαι aliis & Ald. abſunt. Hoc Mſſ. repoſitum volunt, eſtque opportunum. *Weſſeling.* Poſt προσκειμενον comma Ald. Cam. I. II.

αληθεες) αληθεες, αυτικα δη εισι προτερον Fragm. Pariſ.

δοκεοι) Medic. Arch. Vind. Ask. Paſſion. δοκεει Ald. & Edd.

τελεσαι) non habet Pariſ. Fragm. καλεσαι Remig. προς τον πατερα Κυρον Fragm. Pariſ. ex Graecorum more. Lucian. Tim. c. 42 ουδεν αρα η τε ὡς προς Τιμωνα. Plutarch. Solert. Anim. p. 963. B. και τοι το μηδεν εν τουτοις προς ελεφαντα και καμηλον οντες. In quibus ſimilibusque aliis προς comparationi ſervit. Sed codex ille ſolitarius incedit: προς τον πατερα τελεσαι Κυρον Reiskius & Abreſch. ὡστε τελεσαι accipiunt recte, ut ad patris exemplar perveniat, ſive eum aequiparet. Namque *ad patrem conſummandum*, quod pro Laurentiano *adaequandum* Latina acceperunt, obſcurum & alienum eſt. *Weſſeling.*

Poſt οἱ δε & αμειβοντο commata habet Ald. Cam. I. II, poſt πατρος punctum in iisdem.

προσεκτησθαι) προσκτησασθαι Arch. Vind. poſt Αιγυπτον τε comma Ald. Cam. I. II.

μεν

μεν δη) Arch. δη omittitur ab Aldo & pleriſque aliis, poſt παρεων τε comma Ald. Camer. I. II.

τη κρισει) τη γινομενη κρισει Vind. Arch. non abſurde. ταδε non habent iidem, poſt ταδε colon Ald. Cam. I. II; abſunt commata in his poſt μεν νυν, & Κυρε.

ταυτα ακεσας) Pariſ. A. B. Ald. & Edd. Arch. Vind. Fragm. Pariſ. Remig. A Medic. Paſſion. Askew. ακεσας exſulat, quod omnino addendum; perperam eiecerat e contextu Gronovius: *iſtis auditis laetatus eſt.* Verbis ἡδεσθαι, τερπεσθαι, χαιρειν, quaeque his ſignificatum habent contrarium, αχθεσθαι, λυπεισθαι, χαλεπως φερειν, ſic ſolent adiungi participia: Sophocl. Philoct. v. 879 ἡδομαι μεν σ'εισιδων, v.673 εκ αχθομαι σ' ιδων τε και λαβων φιλον. Diphilus Athen. II. p. 47. B. τερπομαι γυμνες ορων τες οξυπεινες. Lyſias p. 153, 6 ακεων ηχθομην. Aeſchini, atque eo etiam adhibitum Demoſtheni, dictum Euripidis e Phoenice: ὁςις δ' ὁμιλων ἡδεται κακοις ανηρ, — Tyranni ſecundum Xenoph. in Hierone p. 531, 34 τες ξενες δυνατωτερες των πολιτων ποιεντες ἡδονται. *Valkenar.* Occupavit veterum ſedem ακεσας. In Muſis ἡσθη (neque Gronov. latuit, & G. Arnaldus Animadv. c. 29 urſit vehementer) tertium ſibi ſociat caſum, alibi quartum, inprudenter erudito iuvene negante. Menander in Legat. Excerpt. p. 135 ὡς ἡδεται και αυτος την ειρηνην· ubi τη ειρηνη vir doctus. Sed Menandrum Comicus tuetur, Acharnenſium principio ter ita loquutus, & Schol. in Il. ι. v. 77. *Weſſeling.*

ad

ad Cap. XXXV.

μαθε αυτος, ει) Arch. Vind. Valla, quod ſignificantius. αυτος deſit Ald. & aliis, comma quoque Ald. Cam. I. II.

λεγοντες — ει μεν) λεγυσι — παραφρονεοντες· ην μεν Arch. poſterius & in Vind. poſt ταυτα comma Ald. Cam. I. II.

τυχοιμι) τυχω Arch. Vind. & ſine της.

καρδιης) καρδιας Ald. Cam. I. II.

Περσας τε) Ask. Paſſion. Vind. Arch. Pariſ. B & Fragm. Alii τε Περσας cum Ald.

δε ειποντα) Deſunt haec duo Vind. Arch. poſt παιδα punctum habet Ald. Cam. I. II.

οἶςον) Margo Steph. Arch. Vind. Askew. ιςον Paſſion. Remig vulgo ἴον cum Ald. Nulla τον ἴον controverſia turbaſſet, ni eam ſcripti movisſent codd. *Weſſeling.* Poſt παιδος comma deſit Ald. Cam. I. II.

παραφρονεουσι) ταυτα παραφρονευσι Fragm. Pariſ. poſt γεγονε colon Ald. Cam. I. II, in his & ante Reiz colon poſt τοξευοντα.

και — δειμαινοντα) Quatuor haec non leguntur in Fragm. Pariſ.

ὁμοια τοισι πρωτοισι) Ald. Cam. I. II. ὁμοιως Arch. Vind. Paſſion. Ask. Steph. I, Pariſ. unus apud *Larcher.* ἑμοιως vulgo a Steph. II, cum Pariſ. uno apud *Larcher.* In tanta ſcribarum diſcordia, promtus ad Aldum, haud iuſte ab Henr. Stephano deſertum, reditus fuit: cauſam ad ſuperioris libri c. 57 produxi. Par ſententia Bergleri. *Weſſeling.*

ad

ad Cap. XXXVI.

Poſt ποιευντα comma, poſt επεσι colon Ald. Cam. I. II, comma in iisdem poſt ισχε.

τοισιδε τοισι επεσι) Ald. Cam I. II, non τοισδε, ut Edd.

καταλαμβανε σεωϋτον) Bene σιγμην pingunt Pauw, Reiskius, Abreſch. & ante eos Valla. Comma poſt σεωϋτων Ald. Cam. I. II.

αγαθον τι, προνοον ειναι) Arch. Vind. αγαθον τε Med. Ask. Paſſion. In Ald. Cam I. II, Steph. I & ſeqq. αγαθων τε & Pariſ. duobus αγαθον τοι ex Reiskii correctione, aut αγαθον τι ut Mſſ. praeſtat, *Weſſeling*

προμηθιη) Arch. Ask. Vind. Vulgo προμηθειη cum Ald. προμηθιη dialecto debetur, uti II, 18. Scriptor ipſe I, 88 και καρτα εν πολλη προμηθιη ειχε. Eurip. Hecub. 795. Sophocl Philoct. 558, ubi προμηθειας contra poetarum Atticorum morem, de quo copioſe & docte Valkenar. ad Phoeniſſ. p. 496. *Weſſeling*

πολιητας) Med. Ask. Vind. Arch. Paſſion. πολιητας Ald. Edd. porro, εωϋτε πολ. Vindob. Arch. Poſt ἑλων punctum Ald. Cam. I. II.

ὁκως — αποστησωνται) ὁκως — αποστησονται Vind. Arch. aequius, melius.

ενετελλετο) ενετειλατο Arch. Vindob. poſt πολλα comma Ald. Cam. I. II, poſt ὁ μεν comma habent eaedem, & poſt φαινων, punctum vero poſt τοισδε.

ὡς χρηστως) Arch. Vind. cum Valla, ὁς vulgo cum Aldo. Ironia in ὁς χρηστως frigebat admodum: melius eſt in bonae fidei codd. *Weſſel.*

Αρα-

Αρα̃ξεα) Ald. & Edd. Arch. Remig. Αραξην Med. Paſſion. Ask. male.

Poſt απο μεν comma Ald. Cam. I. II, idem poſt απο δε, ſed abeſt poſt Κυρον in iisdem, poſt σοι punctum habent Ald. Cam. I. II.

ετι χαιρων) Med. Ask. Paſſion. ε τι χαιρω Arch. Vind. Vulgo ex Ald. ετοι χαιρων. Ex diverſis lectionibus iſta noſtra eſt genuina. Eadem verba legerat, e praecedentibus explenda, Herodotus in Euripidis Oreſte v. 1595. Supra l. c. 128 αλλ' ουδ' ὡς ὁ Κυρος γε χαιρησει. Hemſterhuſ. in Miſcell. Obſ. VI. p. 343. Formula, inquit, loquendi, quamquam in ſpeciem lenior, gravem habet magnique mali comminationem: nonnulla collegit D'Orvillius in Chariton. p. 641. Hic quoque dici potuerat: αλλ' ετι χαιρων ταυτα τολμησεις λεγειν ſive συμβουλευειν. In Meſſenicis Pauſanias p. 332 egregius ille patriae defenſor Theoclus; αλλ' ετοι τον παντα γε χρονον χαιροντες καρπωσεσθε τα Μεσσηνιων· vera vatem praedixiſſe, demonſtravit Spartanis Epaminondas. *Valkenar.* Nihil formula certius. Sophocl. Philoct. 1293 αλλ' ετι χαιρων, ην τοδ' ορθωθῃ βελος. Oedip. Tyr. 372 αλλ' ετι χαιρων, δις γε πημονας ερεις. Eurip. Oreſt. 1593 &c. *Weſſeling.* Poſt χαιρων comma poſuit Ald. Camerar. I. II.

επιλαβεσθαι. Ταυτα δε) Hae tres voces abſunt a Med. Paſſion. Ask. harumque defectus, abſentiaque a Vallae libro ταυτα δε ειπας, eſſe quidpiam hic ſuperflui manifeſtat. Si cum Gronovio adſentiri Med. libebit, orationis habitus Cambyſen, ira praecipitem, exprimet haud

ma-

male. *Weſſeling*. Iſta brevitas, inquit *Gronovius*, meo iudicio non tantum eſt longe nervoſior, ſed admirabilis. Quid enim volunt illa, *quia olim iam debebam captare in te occaſionem?* Si enim illud debebat, utique capita criminum duo oſtendit ſe in promtu habuiſſe, ut quolibet momento eum corripere potuerit: certe graviora crimina committi ab Croeſo nequibant, & illa iam monſtrat Cambyſes, ſe bene captata habuiſſe, ut prorſus nunc indicat Cambyſis ratiocinatio. Sed aliud quid ab eo profertur: nempe *quippe & olim praetextu adverſus te aliquo egebam*, quem ſcilicet nunc opportune nactus ſum, ut quum iuſtas irae cauſas mihi dediſſes, noluerim tamen illis uti, ſed ſpecioſiores, & recenti flagitio inſignes aucupari maluerim, quo probatior foret mea vindicta. Sequentes duas voces nec Valla videtur agnoviſſe, ſed ſucceſſit Stephanus huic labori, ut centonem hunc bene conſueret. Haec *Gronovius*. Cui tamen adſentire noluimus, deletione harum vocum minime neceſſaria.

το τοξον) τα τοξα Arch. Vind. Poſt αναδραμων comma Ald. Cam. I. II, idem poſt θεραπευσι & μιν.

λαβοντας) λαμβανοντας Rem. & Steph. ora.

Poſt θεραποντες comma, & poſt Κροισον colon nullum habet Ald. Cam. I. II.

επιζητησει) Vind. Arch. quos cum Weſſelingio ſequor. επιζητη Med. Ask. Paſſion. επιζητοιη Ald. & Edd. Pariſ. A

αυτον) omittunt Arch. Vind.

λαμψονται) ληψονται iidem male, punctum poſt Κροισυ ante Reiz.

ην

ην δε μη) *η δε μη* Arch Vindob. In Medic. *ην δε μη·* Ald. & Pariſ. A. cum Edd. *ην μεν δη μη.*

μηδε ποθη μιν, τοτε) *μηδεποτε, τοτε* Arch. Vindob.

Poſt *ὑϛερον* punctum Ald. Cam. I. II.

επηγγελλοντο) *επηγγελον* Arch. Vind

Poſt *περιεοντι* colon Ald. Cam. I. II, comma poſt *περιποιησαντας* in iisdem.

καταπροϊξεσθαι) *καταπροϊζεσθαι* Arch.

ad Cap. XXXVII.

Poſt *ὁ μεν* comma Ald. Cam. I. II.

ες δε δη και τε Ηφαιϛε) *ὡς δε δη και ες το Ηφαιϛε ἱρον* Med *τε Ηφαιϛε το ἱρον* Paſſion. Askew. ceterique Med. conſentanei. *ες δε δη και τε Ηφαιϛε το ἱρον* Arch. Vind. *τε* Ald. & Edd. cum Pariſ. A. non habent. Longe ſuavius Arch. & Vind. ambitioſo Med. Cui enim bono dictionis illud principium? Geminum vulgato eſt *εσηλθε δε και ες των Καβειρων το ἱρον*, quod conſequitur. *Weſſeling.* poſt *ηλθε* colon Ald. Camer. I. II.

τωγαλματι) *τω αγαλματι* Arch. Vind. Paſſion. Ask. poſt *κατεγελασε* punctum Ald. Camer. I. II.

φοινικηιοισι) *φοινικοισι* Arch. Vindob poſt *εμφερεϛατον* colon, comma poſt *τες* Ald. Camer. I. II.

πρωρηισι) *πρωτησι* Paſſion.

εγω δε οἱ) Ald. Edd. Remig. Pariſ. A. B. *ὡδε σημανεω* Med. Ask. Paſſion In Arch. Vindob. *εγω σημανεω.* Mutari Aldinum haud debuerat. Ex Medic. ſcriptura *τωδε σημανεω illi* *decla-*

declarabo, formavit Abreſch. Vide hoc I, 75 την εγω — σημανεω, & IV, 99 εγω δε αλλως δηλωσω. Alia non ſtipo. *Weſſeling.*

πυγμαιε) πυγμαιω cum Arch. Ald. Camerar. I. II.

δε και) δε deſit Arch. Vind. Strabo haec citavit X, 725. A. poſt ἱρον & ες το commata ſunt in Ald. Cam. I. II, idem poſt αλλον γε.

εςι δε και) εςι γαρ και Arch. Vindob. non male.

ὁμοια) Med. Ask. Paſſion. & Thom. Mag. in ὁμοιοι omittunt τοισι, quod legunt cum Ald. & Edd. Pariſ. A. B. Arch. Vind. idque recte, quare cum Reizio reſinximus.

ad Cap. XXXVIII.

παντοχη) πολλαχε Arch. πολλαχῃ Eton. haud prave, nullum comma poſt εςι Ald. Camer. I. II, comma poſt ε γαρ αν in his exſtat.

νομαιοισι) νομιμοισι Arch. Vind. ſine cauſa.

ει γαρ τις προθειη) Paſſion. Arch. Medic. Stob. Serm. XXIII. p. 190. Origen. c. Celſ. V. p. 603 προσθειη. Vulgatum eſt Ald. & Edd & hoc locum merito tuetur, rei & ſententiae unice congruens. Solent amanuenſes utrumque modo litera auctius, brevius modo pingere, ſed damno orationis. Exempla dabunt Diodor. I, 2. Lyſias Orat. de caed. Eratoſth. p. 12. c. nota Taylori, & Dionyſ. Halic. Antiq. X. p. 662. A, & quae ibi Sylburg. Si quem tamen Origenes, Stobaeus, & Mſſ. aliorſum trahant, utatur obſervatis Gronovii. Hoc addo, αλλον γε δη ex Origene & Arch. priſtinam in ſedem re-

rediiſſe. *Weſſeling.* Reſpicit, ut Herodoti plura, Sophiſta, Diſſert. περι καλȣ και αισχρȣ, in Fragm. Pythag. p. 715. *Valkenar.* προτιτεσθαι quidem in libro I bis uſurpat Herodotus de apponendo cibo, etiam de exponendo puero, etiam de conſultatione in concilio, ad qualem ſenſum reſpexit Valla, interpretans *praebeat facultatem*, qui ſermo neſcio an deceat aulam Perſicam, quam nunc mente concepit auctor, unde nunc quidem non obliviſcitur τȣ κελευειν, quod plane non expreſſit Valla, ſane perperam. Itaque ſententia Herodoti eſt, ſi quis imperet vel imponat omnibus hominibus, iubens eligere. Hoc autem eſt προστιθεναι, ut bene notavit Portus, & eſt in Mſſ. *Gronov.*

αν ἑλοιατο) Poſt αν comma habet Ald. Camer. I. II. ανελοιατο Stobaeus & Gesneri cura, non ita editio princeps, poſt ἑωϋτον punctum Ald. Cam. I. II.

οικός) Med. Ask. Paſſion. εικος Orig. Ald. cum Edd. Arch. &c.

αλλον γε δη η) Arch. αλλον γε η Orig. cum Valla. αλλο γε η Ald. & Edd. poſt ανδρα comma Ald. Cam. I. II.

τα τοιαυτα) Pariſ. A. B. Vind. Arch. Origenes, recte ſatis; τα non eſt in Med. Paſſion. Askew.

παντες οἱ ανθρωποι) Arch. Vind. Origenes, οἱ deſit aliis & Ald. poſt σταθμωσασθαι colon Ald. Cam. I. II, comma poſt εν δε δη.

και τωδε) ſic omnes, & punctum hic habet Ald. Camer. I. II male Gronov. και εν τωδε ad I, 18.

κειν

κόσῳ) Medic. Askew. Paſſion. Vind. Orig. vulgo *κοσῳ* cum Ald. Cam. I. II.

πατέρας) non habet Arch. Vindob. poſt *αποθνησκοντας* comma Ald. Camer. I. II, idem poſt *οἱ δε*.

τυτο) *ταυτα* Vind. Arch.

Καλατιας) Vind. Arch. Valla. *Καλλατιας* alii cum Ald. & Origene, poſt *πυρι* punctum Ald. Cam. I. II, comma poſt *αμβωσαντες*, nullum poſt *μεγα* eaedem.

ευφημεειν) Orig. bene. *ευφημειν* ceteri cum Ald. poſt *εκελευον* colon ante Reiz. punctum poſt *νενομιςαι* Ald. Cam. I. II.

ὅτω μεν νυν) Pariſ. A. B. Arch. Ald. Edd. Vind. Orig. *ὅτω νυν* Medic. Paſſion. Askew. citra ius.

ad Cap. XXXIX.

Poſt *Σαμον τε* comma Ald. Cam. I. II.

ενειμε) punctum hic Ald. Cam. I. II. *διενειμε* Vind. Ask.

Poſt *τον μεν* comma, poſt *αποκτεινας* colon Ald. Cam. I. II.

την Σαμον) punctum habet Ald. Cam. I. II, abeſt pronomen Vind. Arch. & Ask. Paſſion.

ισχων δε ξεινιην) Med. Ask. Paſſion. *φιλιην* ora Stephan. *ξεινιην* alii cum Ald. *εχων ξεινιην* Arch.

Αιγυπτυ) *Αιγυπτιων* Ald. Cam. I. II, Steph. I & ſeqq. *Αιγυπτυ* Remig. margo Steph. Arch. Vind. Med. Paſſion. Ask.

συνεθηκατο) *φιλιην συνεθηκατο* Ask. Medic.

Paſſion. quam vocem alii non norunt, poſt εκεινε colon Ald. Cam. I. II.

εκτητο) Pariſ. A. B. Remig. Ald. & Edd. quod Ιακον. Vide II, 108 & Euſtath. Hom. p. 759, 41. εκεκτητο Med. Paſſion. Vind. Arch.

εφερε δε και &c.) habet Euſtathius Hom. p. 573, 18.

Poſt εδεναι colon Ald. Cam. I. II, poſt τα ante ελαβε comma in iisdem, colon poſt λαβων ante Reiz. colon αιρηκεε Ald. Cam. I. II, comma poſt εν δε δη eaedem, idem poſt κρατησαις, & punctum poſt ειλε.

ad Cap. XL.

v. ... Ἀμασιν) Ἀμαασιν ſolito ſibi more Arch.

δε ετι) Ask. Med. Paſſion. Arch. Vindob. δε τοι Ald. & alii.

ΑΜΑΣΙΣ) Exſcripſit Epiſtolam hanc Stobaeus Serm. CXI. p. 583.

επιςαμενω το θειον ὡς εςι) Stob. Arch. Vindob. ſicuti I, 32, vulgo το θειον επιςαμενω cum Ald. comma poſt και των habet Ald. Cam. I. II, idem poſt το δε, ſed abeſt poſt πρηστων.

ευτυχεειν) Stob. margo Steph. Vind. Arch. ευτυχεων Ald. & Edd. Med. Ask. Paſſion. Quae ſtatim ſequuntur εδενα γαρ — ου ων Valla non vertit. Veriſſime Stobaeus, & ſcripti codd. vulgata ſtare non poteſt; niſi ſi εκ aut μη ευτυχεων, quae & docti viri correctio, pingatur. Rem vidit Pauw. *Weſſeling.* poſt παντα colon ante Reiz.

ὁςις ες τελος] ε κακως) Stob. Pariſ. A. B. Vind. Arch. Ald. & Edd. ὁςις ἑτερος ε Medic. Paſſi-

Paſſion. Ask. quod miratur Weſſeling. placere potuiſſe, quippe ſententiae hic nullius, & multo magis cavillationes, ad ες τελος vindicandum ſparſis. ες τυτο ετελευτησαν huius libri c. 125 inconcuſſum manet, & ες τελος κακως ετελευτησε προῤῥιζος futile & nulli rei habebitur? ες τελος *tandem* aut παντελως tritum ſatis. Conf. ad Diodori III, 40. p. 207. *Weſſeling.* Poſt τα παντα colon ante Reiz.

ου αν νυν) Pariſ. A. B. Stob. Ald. cum Edd. Arch. Vind. ου νυν Medic. Ask. Paſſion. nulla omittendi cauſa.

παθομενος) πυθομενος Vind. Arch. ποιησον aberat a Med. in cuius tamen margine, ut conſiderandum ſit, annon uno tractu ſcripſerit auctor. συ νυν εμοι πειθομενος, προς τας ευτυχιας τοιαδε φροντισας τό αν ἕυρης &c. (nam & ſic Mſ.) αποβαλε. *Gronov.* Poſſet quidem abeſſe ποιησον, ſed unica tamen Medic. auctoritate eiiciendum non puto. Poſt τοιαδε punctum Ald. Cam. I. II.

τα αν ἕυρης) Med. Ask. Arch. Vind. Paſſion. in Ald. & aliis ἑυρεις & comma poſt το in Ald. Cam. I. II.

ἡξει) Paſſion. Arch. bene. Vide inferius c. 135 & Rich. Dawes. Miſcell. p. 293. ἡξη Ald. Edd. Med. poſt ανθρωπυς colon ante Reiz.

τωπο τυτό αἱ ευτυχιαι τοι τοιαυταισι παθυσι) το απο Arch. Vind. tum αἱ ευτυχιαι τοιαυταισι, in Ask. τωπο, qui in ordine vocabulorum Med. & Paſſion. conſentit, τοι plane neglecto, quod reſtitui. Vulgo erat ηδη αἱ ευτυχιαι τοι τωπο τυδε αυτοισι παθεσι: ſed αυταισι παθυσι ora Steph.

in Aſk. Med. Paſſion. vulgatum, ταις παθαις Arch. Vind. *Weſſeling.*

ad Cap. XLI.

και νοω λαβων) και εν νοω Arch. Vind. quod blandiri poſſet. At vid. infra c. 143, poſt λαβων comma Ald. Cam. I. II.

ὑπετιθετο) Med. Aſk. Paſſion. ὑποτιθεντι Ald & Edd. ὑποτιθεατο Arch.

εδιζητο) idem cum Aſk. recte. εδιζετο Ald. & alii

ασηθειη) Ald. & Edd. Vind. Arch. Pariſ. A. B. Remig. ασθηιη Med. Paſſion. Aſk. Non puto, ασθηναι την ψυχην dixiſſe Graecorum quempiam. ασαν & ασασθαι ſaepe Hippocrates de faſtidio & triſtitia: ἀνεαται και ασαται παρα καιρον Morbi Sacr. p. 209, quae repetuntur, ſed hinc ſumta, in Fragm. περι Μανιης p. 1286. Theognis v. 659 Μηδεν αγαν χαλεποισιν ΑΣΩ ΦΡΕΝΑ' *ne crucia mentem difficilibus.* Iterum v. 983 ὁταν τον ΘΥΜΟΝ ΑΣΗΘΗΣ, *ubi triſti fueris animo.* Debentur Theognidis haec Arnaldo Animadv. c. 29 p. 161, quem vide: *Weſſeling.*

ἠν οἱ) ην ἡ Arch Vind. poſt σφρηγις, & την commata Ald. Camer. I. II, poſt εσσα colon in iisdem

χρυσοδετος) χρυσοδετος απολεσθη ſatis abſurde, Arch.

εργον ην δε) Sic Vind. Arch. Paſſion. Aſk. alii cum Ald. ην δε εργον.

Θεοδωρε τε Τηλεκλεος) Θ. τε Τιμεκλεος Arch. τε Τημακλεος Vind. *Temeclis* Valla. In Mſ. Galei patris nomen perverſe ſcribitur: Teleclem duo-

duobus in locis Pauſanias adfirmabit lib. X. p. 896, & 8. p. 619, ubi haec reſpicit Herodotea: Θεοδωρȣ δε εργον ην και επι της λιθȣ της σμάραγδȣ σφραγις, ἡν Πολυκρατης ὁ Σαμιȣ τυραννησας εφορει τε τα μαλιϛα, και επ' αυτης (L. αυτῃ) περισσως δη τι ηγαλλετο. Rhoecus iſtis in locis Pauſaniae memoratus, amicus Theodori, filiis ſuis indidiſſe videtur nomina Teleclis & Theodori: atque hos eſſe ſuſpicor Diodoro lib. I. c. 98, aliisque memoratos: vid. Weſſeling. ad Diodor. & Fr. Junius in C. Artif. p. 210. *Valkenar.*

τοιαδε) Med. Arch. Vind. Paſſion. Askew. ταδε vulgo cum Aldo.

εκελευε) iidem: Ald. & alii εκελευσε.

πελαγος. τȣτο) πελαγος· τȣτο ante Reiz.

απεπλεε). επεπλεε Arch.

ad Cap. XLII.

Poſt μεγαν τε comma Ald. Cam. I. II.

ηξιε μιν Πολυκρατεϊ) Excidiſſe μεν, iuſta Reiskii ſuſpicio foret, ſi φερων δη Mſſ. ignorarent. Valla liberius χωρησαντος δε οἱ τȣτȣ *a ianitore permiſſus* expreſſit: nam συγχωρησαντος δε οἱ τȣ πυλȣρȣ in ſchedis offendiſſe, ſiquidem nullum in Arch. & Vind. talis ſcripturae veſtigium, ad credendum difficile eſt. χωρεειν & προχωρεειν de feliciore ſucceſſu Muſae amant V, 62. VII, 10, 2. VIII, 102 &c. *Weſſeling.*

φερων δη) δη ora Steph. Arch. Vind. olim cum Ald. δε.

εθελειν) θελειν Vind. poſt οψιν punctum Ald. Camer. I. II; nullum in his comma poſt ελεγε.

καιπερ γε) Vind. & Arch. quod praeſtat: *γε* deſit aliis & Ald. poſt *αξιος* comma habet Ald. Cam. I. II, punctum poſt *αρχης*, comma poſt *Φερων* in iisdem.

τοιοσδε) *τοιαδε* Vindob. poſt *εποιησας* colon ante Reiz comma poſt *λογων* Ald. Cam. I. II, nullum poſt *αλιευς*.

μεγα ποιευμενος) *μεγαλα* Vind. Arch. Rapitur animus in partes, hoccine retineat, an Arch. Vind *μεγαλα ποιευμενος*, cui IX, 110, ipſis diſſentientibus, locus eſt. Dedit II, 121, 4 *την κεφαλην μιν κοπτεσθαι μεγαλα βοωντα.* Habet Polyaenus VII, 10, 8. p. 629 *και μεγαλα αναγελασας*. Poeta Il. N. 282 *Εν δε τε οἱ κραδιη μεγαλα ϛερνοισι πατασσει.* Tum Eurip. Androm. v. 188 *οἱ γαρ πνεοντες μεγαλα* — Quae dictionem ſatis adfirmant. Egit D'Orvillius ſuper eadem ad Charit. lib. 7. p. 595. *Weſſeling.*

Commata poſt *ειδον τε* & poſt *ελαβον*, nullum poſt *ταχιϛα* in Ald. Cam. I. II.

κεχαρηκοτες) cum Reizio Herodoto reſtituimus, mavult enim & ſic legit Ald. cum Edd. Pariſ. A. B. Arch. Vind. *κεχαρηκοτες* Med. Ask. Paſſion. e quibus Gronov. & Weſſeling. hoc in textum receperant. Poſt *Πολυκρατεα* punctum Ald. Cam I. II.

ἑυρεθη) Arch. Vind. Remig. Ask. Paſſion. ora Steph. quod placet. *ἑυρεθειη* Ald. & Edd. Medic. Poſt *τον δε* comma Ald. Camer. I. II, idem poſt *τα* & *ποιησαντα μιν*.

καταλελαβηκεε) Ask. Paſſion. In Edd. & Ald. *καταλελαβηκε*. Una litera verbum auctius hic

hic non ſpernerem: τοι ποιησαντα μιν οια καταλελαβηκεε, *quae facienti qualia ſibi accidiſſent*, exempla praebet Portus in εε. Alibi λελαβηκε & καταλελαβηκε recte leguntur apud Herodot. III. c. 65. VIII. c. 122. IX, 59. Flexus eſt Jonicus; Pherecydes Laërt. I, 122 νεσος με καταλελαβηκε προσλελαβηκας habet Euſebius Stobaei p. 309, 48, ubi γενομενος mutandum eſt in πενομενος. λελαβημαι fruſtra quaeras in Euripid. Bacchis, deſignatis in Bibl. Crit. p. 482. Archimedes in Arenarii fine. τοις μεταλελαβηκοτεσσιν opponit τες μη κενοηκοτας των μαθηματων, quibus veraciſſima ſua decreta negat ευπιςα φαινησεισθαι ſic enim ſcribendum eſt pro φαινησειν, ut λαμψεισθαι pro λαμψειν· ὁ δη in Ocello Lucano Stobaei Ecl. p. 45. v. 2. *Valkenar.* καταλελαβηκεε ſtabiliunt κεχωρηκεε, αναβεβηκεε, εξευρηκεε & innumera alia, de quorum apud Jones flexione Etymol. p. 386, 28. *Weſſeling.*

ad Cap. XLIII.

εκκομισαι) εκκομιζειν Arch.

οτι εκ ευ) Med. Paſſion. Ask. Vind. Arch. Vulgo ὅτι ὡς εκ cum Ald. male.

μελλει) μελλοι Vind. Arch. Poſt Πολυκρατης nullum comma ante Reiz

Poſt και τα comma Ald. Cam. I. II.

τεδε [δε] εινεκα) Ita, Reizio praeeunte, ex coniectura Abreſchii, quam nec incommodum Weſſelingius indicarat, edidimus. Ante Reiz. abeſt δε in omnibus.

περι ξεινε ανδρος) Vind. Arch. Med. Paſſion.

on. Askew. margo Steph. ανδρος Ald. & Edd. aliisque deeſt.

ad Cap. XLIV.

Πολυκρατης δε πεμψας &c.) Ask. Med. Paſſion. πεμψας δε κηρυκα λαθρη Σαμιων Πολυκρατης παρα Pariſ. A. B. Arch. Vind. Ald. & Edd. Remig. & tolerari potuerat. Rectius tamen abſunt obſervante Gronovio: Quaſi vero periculum eſſet, inquit, ut crederetur tyrannus in legationibus & quidem talibus mittendis uſus fuiſſe cōnſilio aut conſcientia eorum, quos oppreſſerat; ideone debuit ſic cavere praemonendo Herodotus, & non quisque facile ſuſpicetur? Vide igitur aliquid inſigne. Nam optimus ille Mſ. tantum habet. Πολυκρατης δε πεμψας παρα Καμβυσεα. Quae prorſus ſufficiunt. Haec *Gronov.* Poſt τον Κυρυ abeſt comma Ald. Cam. I. II.

ἑωϋτον) αυτον Arch. Vind.

επεμπε ες Σαμον, δεομενος) επεμψε — δεομενος Steph. ora cum Paſſion. Ask. poſterius repoſuit Weſſeling. In Ald. & Edd. δεησομενος.

Poſt αςων τυς comma Ald. Cam. I. II, idem poſt Καμβυση.

ad Cap. XLV.

Poſt οἱ μεν comma Ald. Cam. I. II.

ὑπο Πολυκρατεος) duo iſta deficiunt in Med. Paſſion. Ask. Non intercedo, quominus haec deleantur, quamquam tales περισσολογιαι in Muſis geminae complures. *Weſſeling.*

εν Καρπαθω) Laurentius, in *Carpathio mari* rectiſſime: nihil certe eſt, cur εν Καρπαθιω reperiſſe eum putemus cum C. de Pauw. Tritum

tum dicendi genus Perizonius, Gronovius, Dukerus abunde declararunt. Ecce tibi hoc Diogenis Laërtii I, 81 χρονω δ' εν ΤΑΙΣ ΑΘΗΝΑΙΣ — τȣ τριποδος ευρεθεντος ὑπο των ἁλιεων h. e. in mari, quod Athenas alluit, περι την Αθηναιων θαλλασσαν ſcripſit Sect. 31. Strabo de Caeſaraugusta II. p. 246. B. ἡν εφαρειν εν το Ιβηρι ἱδρυσθαι ubi vir magnus επι τω — ſcriptore in praecedentibus praeeunte. At idem I. p. 64. C. ȣτε γαρ εν ΤΗι καθ' ἡμας ΘΑΛΑΤΤΗι οικȣσι τινες Αιθιοπες, mare noſtrum ſive mediterraneum non accolunt Aethiopes. Sed manum, quod dici ſolet, de tabula. *Weſſeling*

αιδειν) ἀδειν Ald. Cam. I. II.

Poſt οἱ δε & Αιγυπτον commata Ald. Cam. I. II, idem poſt Σαμον in iisdem.

νηῦσι) νηυσι Ald. Cam. I. II.

ἑσσωθησαν) εσωθησαν Arch. Poſt ες Λακεδαιμονα colon Ald. Camer. I. II, & ceteri ante Reiz. nullum comma poſt εισι δε in Ald. Cam. I. II, comma in his poſt Πολυκρατεα, nullum poſt λεγοντες & εμοι δοκεειν, colon poſt ορθως.

επικαλεεσθαι) επικαλεσασθαι Arch. & Vind.

τȣτοισι) τȣτω iidem.

τω επικȣροι μισθωτοι) Med. Paſſion. Ask. επικȣροι τε μισθωτοι Ald. & Edd. Arch. Vind. Pariſ. A. B. poſt τω & μισθωτοι commata in Ald. Cam. I. II.

τȣτον) τȣτων Arch.

των δ' ὑπ' ἑωῦτω) Excerpſit Suidas in Νεωσοικοι.

Poſt πολιητεων & τα τεκνα commata Ald. Cam. I. II.

ειχε ἑτοιμες) ειχε ἑτοιμως Suidas, comma hic poſuit Ald. Cam. I. II, idem poſt κατιοντας poſitum in iisdem.

ην αρα προδιδωσι ὑτοι) Vallam, cuius Latina durant, legiſſe hic προϊωσι aut προσαγωσι, ſuſpicatur doctus vir in literis ad me, neutro contentus, ut nec vulgato. De Laurentio omnia alia pronunciare debeo; in ſchedis Arch. diſcrepantia nulla, nulla in Vind. quibus Vallam ſimillimas verſaſſe conſtat. Προδιδωσι προς τυς — idem eſt, ac inita proditione transfugiant. Congruit εβυλευοντο εκλιπειν την πολιν ες τα ακρα της Ευβοιης VI, 100; & de Theſpienſibus αυτεων εκλελοιποτων ες την Πελοποννησον· quibus citra talem Ellipſin tenax gratia non perſeverabit. *Weſſeling.*

αυτοισι νεωσοικοισι) Suidas, recte. Vulgo cum Ald. αυτοισι τοισι νεωσοικοισι. Suida duce, & genio ſermonis αυτοισι νεωσοικοισι amplecti libuit. Vid. ad librum ſuperiorem c. 46. *Weſſeling.*

ad Cap. XLVI.

εξελαθεντες) εξελασθεντες Medic. Paſſion. Ask. Vulgatum Ald. & Edd. Vind. Arch. & ceteri probant. Vide I, 168. *Weſſeling.*

Poſt πολλα comma nullum Ald. Cam. I. II, colon poſt ὑποκρινοντα, poſt λεχθεντα comma eaedem.

επιλεληθεναι) Quatuor ſequentes voces tantum in margine Med. επιλεληθεναι Vind. Arch. & ὑςερα belle utrumque. Vulgo cum Ald. επιλελησθαι & ὑςατα. Nervos Laconico dicto

Med.

Med. prorſus ſine auxiliatore, incidit; propte-reaque vituperium, non laudem meritus. Si Plutarcho fides, reſponderunt Samiis Laco-nes, τα μεν πρωτα ΕΠΙΛΕΛΑΘΑΜΕΣ, τα δε ΥΣΤΕΡΑ ου ΣΥΝΗΚΑΜΕΣ, δια το τα πρωτα, επιλελασθαι, Laconic. p. 232. D. quorum po-ſtrema Spartanam fortaſſis breviloquentiam de-decorant, reliqua pondus addunt atque aucto-ritatem ſcripturae Codd. Arch. & Vind. defen-duntque probantem. *Weſſeling.*

Poſt ουδεν punctum Ald. Cam. I. II, nullum in his comma poſt φεροντες.

του θυλακου αλφιτων) Medic. Paſſion. Ask. Vind. Arch. Remig. Pariſ. A. B. ora Stephan. τον αλφιτων Ald. cum Edd. Quod aliunde Ste-phan. notarat, e Med. recepit Gronovius. Me-lior meo iudicio vetus eſt lectio: τον (id eſt τουτον) αλφιτων δεεσθαι, aut, quod hic praetu-lerim, τονδε: δεικτικως, *huncce, quem digito mon-ſtrabant, ſaccum inanem farina indigere*, atque adeo tacendo dicentes: ως αλφιτ' ουκ ενεστιν εν τω θυ-λακω. Illud τονδε & τουτονι ſic in primis comoe-dia frequentat: in Ariſtoph. Nub. v. 1145 του-τονι πρωτον λαβε. Bergler. *iſtum ſaccum farinae prius accipe.* Schol. θυλακον αλφιτων διδωσιν αυτω. vulgatur in Avib. v. 443 Μητ' ορχιπεδ' ελκειν, μητ' ορυττειν. Χ. ουτι που Τον, ουδαμως. Quibus non eſt ignota comoediae petulantia, τοιδ' ουδ' ſcri-bendum eſſe fatebuntur. Neque in Comicis tantum Tragicisque, ſed & in Oratoribus & Hiſtoricis multa pendent ab actione animo re-praeſentanda. Exemplo ſit notum illud, quod perhibent ſtatuae monumenti Sardanapali in-

ſcrip-

ſcriptum: εσθιε, πινε, παιζε, ὡς τ' αλλα τετε εκ αξια· ap. Athen. XII. p. 530. C. qui ad τετε recte ſcribit, τε αποκροτηματος. εοικε λεγειν· *caetera huius non facio*, *digitorum crepitus* nimirum: quae leguntur alibi iſtius τετε ſunt interpretamenta; vid Bouhier Diſſert ſur Sardanapale p 384. Iſta proſtant in App. Vatic. Prov. p. 312 το εφιςος τω μνηματι αγαλμα, ὑπερ της κεφαλης εχον τας χειρας, πεποιηται ὡς αναπολ ηχεν τοις δ' corrigo: ὡς τινα αποτελεν ηχον τοις δακτυλοις. Eadem hac opera in Schol. ad Ariſtoph Ram. v. 944 γρυζοντας εδε τετι emendari poterit: οικος αυτον αποκροτεντα τω δακτυλω δεικνυειν το, εδε τετι· vulgatur αποακτεντα. *Valkenar*. Et nos argumentis Valkenarii, pro Aldina lectione ſtare, permovemur.

πλευσεσθαι) πλευσασθαι Arch. Poſt μεν δη & εμοι commata omiſit Ald. Cam. I II. poſt ταυτα in his colon, ſed abeſt comma poſt Δημοκηδης δε.

μη ευ) Tametſi ου Euripid Phoeniſſ. v. 998. ως ου πατρος εξειλον Φοϐον, κλεψας λογοισι comparetur, claudicabit ſermo: Steph. μη ε, coniecit,

cit, minime ευςοχως. Pavius μη ȣ, Reisk. μη εὖ, leniſſima medicina, quam emendationem Reizius in re praetulit vulg. εὖ. adfirmatur haec emendatio a cod. Reg. A. apud *Larcher.* Poſt επιδρομων comma Ald. Cam. I. II.

παντα) Ora Steph. Arch. Vind. Paſſ. παντων Med παντως. Ald.

καταλειψειν) καταλειπειν Arch. Vind. poſt εχοι punctum Ald. Camer. I. II. abeſt his comma poſt ὁλκαδα, poſitum poſt την.

την οἱ) την ὁ Paſſ. Arch. margo Steph. Vind. Ask.

τȣτω ταῦτα) Non intercedam, ſi qui cum Reiskio ταυτὰ pinxerit. *Weſſeling.*

αποςελλει) απεςελλεν Arch. Vind. poſt θαλασσαν colon Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CXXXVI.

καταβαντες δ' ȣτοι) ȣτω ες Φοινικην Paſſ. Ask. & εκ Φοινικης Arch. Valla. Mallem καταβαντες δ' ȣτω ες Φοινικην ex Mſſ. quippe venuſtius. *Weſſeling.* Poſt Φοινικης comma Ald. Cam. I. II. in quibus colon poſt επληρωσαν.

αυτησι) Med. Arch. Paſſ. Ask. olim αυτοισι cum Aldo, poſt μεγαν nullum comma habet Ald. Camer. I. II.

παρεσκευασμενοι) παρασκευασαμενοι Arch.

αυτης) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. Valla, αυτη, τα Ald. Edd.

εθηευντο) θεευντο Arch. cum Vind. poſt απεγραφοντο punctum Ald. Camer. I. II.

ȣνομαςα) ονομαςοτατα Arch. cum Vind.

ex

ἐκ ϱηςωνης) Κϱοτωνος iidem cum Valla. Κϱηςωνης Ald. Med. Paſſ. ϱηςωνης Ask. Vulgata ἐκ Κϱηςωνης nullis defendi machinis poteſt: nam nulla umquam in Italia urbs Creſtone. Habet την ὑπεϱ Τυϱσηνων Κϱηςωνα πολιν L. I. 57. quae utrum Italica fuerit, diſputavimus uberius. At demus dubia in re eam Italiae, huc ſane referetur perperam, ſiquidem in mediterranea regione ſedem occupans, Corton eſt ſive Cortona, modo ne fallat Dionyſ. Halic. Quid porro ἐκ Κϱηςωνης της Δημοκηδεος; neque enim Creſtonaeus domo & origine Democedes, verum Crotoniates. Atque haec Gronovium nihil eſſe morata merito demiror. Retinuit *Vallae* Latina *ibi Ariſtophilides Tarentinorum rex, & ipſe Crotonienſis*, ad ipſius Graeca ουδεν πϱος Διονυσον. Laurentii liber ἐκ Κϱοτωνος της, — ſicuti Vind. & Arch. Quae quidem ſi adiuves, & ὁ ἐκ Κϱοτωνος — reponas, tolerabilis, ſed durior erit ſententia: *Ibi vero, qui ex Crotone Democedis, Ariſtophilides.* Nec liquet aliunde Ariſtophilidem, Tarentinorum regem, Crotone natales accepiſſe. Mihi cum locus hic novationem effugere nequeat, blanditur cum maxime editum ἐκ ϱηςωνης, ex *indulgentia*, ϱαθυμια, *facilitateque* Democedis, Tarentino regi in exarmanda navi & Perſis vinciendis nimium concedentis. Addunt novanti conſenſum Mſſ Ask., & eruditiſſimi viri *Hemſterhuſius, Geinozius Valkenarius*, qui poſtremus: Mihi quoque dudum venerat in mentem ἐκ ϱηςωνης· quod viros inſignes adſequutos coniectura liquet ex Diſſert. Herod. Weſſelingii p. 31. Memineram olim in Herodoto vulgatum ἐς Σαβας pro ἐς Αβας, & con-

trario vitio ſcribi ες Ινδυς, & ες Κωλον: ubi ες Σινδυς & Σκωλον exhibebit edit. Weſſelingii, cui hanc correctionem adfirmandam relinquo: multa mihi quidem in mundo ſunt, quibus uſus varii vocis ϱαςωνη poſſent adfirmari; perpauca tamen ad ſententiam apte reſpondentia, quam hic locus me iudice poſtulat. — Probavit hanc emendationem quoque *Larcherius*.

Poſt νέων colon Ald. Camer. I. II.

ερξε) ειρξε Arch. Vind. Ask. Paſſ. ſine cauſſa.

ηδη) abeſt a Paſſ. comma poſt και τα Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CXXXVII.

Poſt ἕτοιμοι ἐσαν punctum poſuit Ald. Camer. I. II. poſt οἱ δε comma, idemque poſt αυταπτοντο τε, enclitica τε deſit Ask.

και τοισι σκυταλοισι) Med. Paſſ. Ask. Arch. τησι σκυταλησι Ald. & Edd. Vind. Pariſ. A. B. & gloſſa Conſtat librariorum diſſenſus. Gloſſator Mſ. σκυταλοις, Editus ab Aldo ſtat, quod levis momenti. *Weſſeling*. Poſt ταδε colon Ald. Camer. I. II. in quibus comma poſt ὁρατε τα.

κως ταυτα βασιληϊ) και κως Arch. Vind. tum βασιληϊ, & iterum, vulgo cum Ald. βασιλεϊ.

περιυβρισθαι) Ald. Vind. Med. Ask. Paſſ. Alii περιυβριζεσθαι.

ὑμιν — καλως) Deſunt haec quatuor Arch.

απελεσθε) απεληθε Ald. Camer. I. II.

της δε) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. olim cum Ald. ταυτης.

ταυτα λεγοντες) Med. Ask. Paſſ. Alii cum Ald. ταυτα δε.

επε-

επειθον) επιθον Arch. Vind. Poſt γαυλον τον comma Ald. Camer. I. II.

ηγοντο) Vind. Med. Arch. Ask. Paſſ. αγοντο neglecto augmento Ald.

ουδ' ετι) Ask non, ut Editi, iunctim. poſt Δημοκηδης comma ante Reiz. poſt αναγομενοισι abeſt comma ab Ald. Cam. I. II.

Δαρειου σφεας) σφεας Δαρειω Paſſ. Ask. Arch. βασιληϊ) βασιλεϊ Ald. Cam. I. II. comma poſt γαμων τουτον ante Reiz. poſt Δαρειου εων comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXXXVIII.

εκπιπτουσι) Med. Vind. Arch. Ask. Paſſ εμπιπτουσι Ald. & Edd. Poſt ὁ δε comma Ald. Cam. I. II.

αυτον ςολος) Arch. Paſſ. Valla Pariſ. B. αυτων vulgo. Fuit, cui ην δι' αυτων idem ac *ſi propter haec.* Equidem oblitus haud ſum obſervationis Th Bezae in Ep. ad Rom. VI. 4. & Hug. Grotii ad Hebr. I. 2. de ſimili praepoſitionis uſu parum, profecto ſtabili & certo. *Weſſeling.*

Κνιδιους μουνους) Paſſ. μονους alii omnes contra morem. Potior cod. auctoritas, quae ex Jonum ſermone μουνους & μαλιςα δη tuebitur. *Weſſeling.* Poſt γινεσθαι comma Ald. Camer. I II.

μαλιςα δη την) Arch. Alii δη non habent. vid. Weſſelingii notam antecedentem. Poſt ὑποδεξαμενος comma Ald. Camer. I. II. iidem poſt επειθον punctum ponunt, colon poſt προσφερειν, pro quo προφερειν legunt.

επρηχθη) εςαθη Arch. Vind.

εκ της Ασιης) negligit haec Arch. In Ask.

Paſſ. εκ της Ασιης ες την Ελλαδα. Poſt Περσαι colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXXXIX.

Ἑλληνιδων) Ελληνιδα Arch. & Ald. cum Edd. poſt h. v. comma poſuit Ald. Camer. I. II. & poſt αυτην colon edd. ante Reiz.

ως εικος) ως οικος Pariſ. A. B & D. apud *Larcher.* qui Jonicum hoc praefert.

οἱ δε ςρατευομενοι) Arch. Valla. ceteris *οἱ δε* abſunt. Auxi ex Arch. hiulcam orationem: idem Th. Galeus tentavit, tacito ſchedarum nomine, unde Gronovii adſenſum auferre non potuit; & viam tamen muniverat Valla. *Weſſeling.* Quando vertit Valla, *partim negotiandi, partim militandi gratia*, legiſſe videtur, quod & in codd. inveniſſe Galeus, *οἱ δε ςρατευομενοι.* Inſolenter vulgata corrigens, praeterquam ex inviolatae, quam vocat, bonitatis codice, hic tamen iſta variis modis pertractat. *κατ' εμποριην, ςρατευομενοις·* non eſſet etiam abſurda lectio; poſſet & alicui incidere *κατ' εμποριην ςραγγευομενοι·* mihi correctoris videtur eſſe illud *οἱδε*, & *ςρατευομενοι* male iam olim a librario repetitum, cuius vox iſta paullo ante deſcripta adhuc inhaereret memoriae; nam hoc aevo cui tandem ſponte ſua Graeci militatum veniſſent in Aegyptum? Perſis? milite quidem Graeco Perſae recentioris aevi libenter utebantur; de Cambyſis tempore nihil tale conſtat. *Valkenar.* Poſt *των* ante *ην* comma Ald. Camer. I. II.

ὁ Αἰακεος) Med. Arch. Ask. Paſſ. Vind. Valla, veriſſime. Αιακαιος Ald. Recte Αἰακεος: nam

filios

filius Syloſontis Aiaces vocatur VI. c. 13. Αἰάκης — παις Συλοσωντος τȣ Αἰακεος. *Valken.*

τις τοιηδε) Arch. Ask. Paſſ. Vind. vulgo cum Ald. τοιηδε τις. Vide Suidam in χλαμυς.

χλανιδα και περιβαλομενος πυρρην) περιβαλλομενος Arch Ald. πυρην Arch. Reiskius Τυρην, Tyria infectam purpura, nulla neceſſitate. *Weſſeling.*

επεθυμησε) επιθυμεει Med. aberrans. Hic maiore iure quam ſupra c. 127. ex perverſa ſcriptione Med. cod. επιθυμεει, poni potuerat επεθυμεε, commendatum a vicino ωνεετο. Cambyſis ſatelles Chlamydem επεθυμεε ωνεεσθαι. Herodotus in iſtum ſenſum ſcribit ſimpliciter ωνεετο ſicuti I. c. 69. χρυσον ωνεοντα Lacedaemonii, quod aurum Croeſus ωνεομενοισι εδωκε δωτινην Vid. Weſſeling. ad. P. 34. n. 12. Mirum hic toties cur dicatur χλανις, quae fuerit χλαμυς. voces librariis frequenter inter ſe permutantur. *Valkenar.* Poſt χλανιδος, colon Ald. Camer. I. II. idem poſt λεγει & comma poſt χρηματος, quod poſt αλλως abeſt.

γενεσθαι παντως) γενεσθαι παντως τοι. Sic diſtinguunt Ald. (in qua παντως) Arch. Vind. Pariſ. A. B. & Fragm. Valla, Aldinam & tot codd. diſtinctionem aſpernari temerarium: αλλως διδοναι *gratis donare* ponitur contra χρηματος πωλεειν. *Weſſeling.*

αινεσας ταυτα) αινεσας δε Arch. cum Vind. Vulgo γενεσθαι παντως τοι αινεσας.

ad Cap. CXL.

Ὁ μεν δη) Med. Arch. Paſſ. Ask. ὁ μεν ων Ald. & Edd.

ευηθειν) Arch. Vind quod placet, ευηθειη alii cum Ald. qui punctum poſt h. v. poſuit. Poſt προβαινοντος comma Ald. Camer. I. II.

ες τετον τον) ὡς τετον τον Med. Paſſ. Ask. Alii omnes ες τετον τον cum Ald. & rectius. Quinimo ες τετον: alterum illud ab Herodoto ſcriptum, quod unus cod. docuit Gronov. mihi ne decem quidem perſuaderent: regnum in aliquem devolutum dicitur περιελθειν, aliisve verbis eiusdem poteſtatis, εις τινα, numquam προς τινα, neque adeo etiam ὡς in talibus locum invenit: vid. notata in lib. I. c. 120. & lib 2. c. 135. *Valkenar.* poſt τω ante κοτε comma inſeruit Ald. Camer. I. II.

των βασιληος οικιων) colon hic in Ald. Camer. I. II. των τε βασιλ. Fragm. Pariſ.

αγγελλει) Med. Arch. Paſſ. Ask. Vind. αναγγελλει Ald. Pariſ. A. poſt θωϋμασας comma Ald. Camer. I. II.

ἑωϋτον) Arch. Vind. Paſſ. Ask. Fragm. Pariſ. αυτον, Med. Ald. Edd. ἑωϋτεν. & colon hic ante Reiz. Dubitavi, ſequererne Mſſ. plures an in vulgata acquiſcerem. Si faſtui Perſico, quae Pavii ſuſpicio, poſterius reſpondeat accuratius, maneat in poſſeſſione: mihi conſpirans tot codd. concordia non ſine laude cenſetur. *Weſſeling.*

ὡ εγω προσιδευμαι) Valla, ora Steph. Arch. Vind. Paſſ. Ask. ὁν Ald. & Edd. προσδευμαι Arch. Omni dubio caret, ὡς εγω προσιδευμαι, iam ſupra non ſine plauſu L. I. c. 61. tractatum. Reiskius reponebat ἑ εγω προσδεδεημαι, *quo ego viro umquam habuerim opus*, iſtam damnaturus fortaſſe operam. *Weſſeling.* Probatur editum Pariſ. A. B.

A. P. & D. apud *Larcherium.* Poſt εχων colon Ald Camer. I. II.

δ' η τις η) Med. Ask. Paſſ. δε τις Arch. Vind. Ald Edd. Pariſ. B. Recte ſuam ex Med. formam recepit venuſtum illud, η τις η ουδεις, *nullum*, vel *ferme neminem* ſignificans. Proverbio dicebatur εις ανηρ, ουδεις ανηρ Cyrus Xenoph. K. Π. p. 115, 12. τουτων των περιεστηκοτων η τινα η ουδενα οιδα. iſta ſollicitantis H. Steph. conatus, hominis Graece perdocti, monſtrat formulae rariſſimum uſum: advocato etiam Ariſtide (T. I. p. 285.) loca Xenoph. & Herodoti comparavit G. Cantr. N. L. VII. c. 6. Aeliano Sophiſtae hoc adeo viſum fuit elegans, ut quater minimum adhibuerit de N. A V. c. 50. VI. c. 58. ισασιν Αιγυπτιων η τις η ουδεις. VII. c. 8. θαυμαζει τις (η τις) η ουδεις· & XIV. c. 26. Ad tantilla quoque C. Gesnerum attendiſſe, iudicant doctiſſimi viri Prolegomena. *Valkenar.*

ειπειν) ὡς ειπειν Ald. Edd. Arch. Vind. Pariſ. A. B. & Fragm. Valla: ὡς negligit Med. cum Paſſ. Ask. Voces illae ὡς ειπειν, ita interpoſitae, vim habent eam, ut contineant quidem, nihilominus rem aliquatenus veram eſſe fateantur. Id quod nunc Darius negare omnino vult, neque prorſus vel minimum debitum Graeco cuiquam agnoſcere. Ad hanc igitur ſententiam quum pertineat iſta loquutio, temere huc immixta, optime reſtituta ex MS. omiſſa particula εχω δε χρεος ειπειν ουδεν *Gronov.*

παραγετε) παραγαγε Paris. comma poſt ες μεσον Ald. Camer. I. II.

ειροτευν) Paſſ. quem Reiz. ſequutus eſt ειρωτων Ask. Vind. Arch. ηρωτευν Ald. Edd. Med.

Weſſeling. Poſt ποιησας nullum comma Ald. Camer. I. II poſt Δαρειος colon in iisdem.

ὃς εμοι ȣδεμιην) abeſt εμοι Ald. Cam. I. II.

χαρις ὁμοιως) comma hic in Ald. Camer. I. II. χαρις η νυν omiſſis reliquis. Arch. poſt ω Συλοσων punctum Ald. Camer. I. II. in quibus poſt βασιλευ comma, poſt διδȣ colon.

ανασωσαμενος) ανασωσαμενος μοι την πατριδα abſque δος Valla Arch. Vind. Paene adſentior δος negligentibus codd., quisque ſine eo Syloſontis intelligit deſiderium: facit inſuper eius abſentia petitionem quodam modo ſignificantiorem. Ανασωσασθαι την αρχην, την πατριδα, & hoc de genere plura, Herodoti ſtudioſum fugere non poſſunt. Darii munificentiam Valer. Max lib. 5. c. 2. laudavit. *Weſſeling.* poſt την comma Ald. Cam. I. II.

τȣ) abeſt Arch. Vind.

ταυτην μοι — εξανδραποδισιος) haec octo negligens ſcriba Arch. praeteriit. poſt φονȣ comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CXLI.

απεςειλε) ἀπεςελλε Paſſ. Arch. Vind. poſt ςρατιην τε comma Ald. Camer. I. II.

ανδρας των επτα) ανδρα των επτα marg Steph. poſt γενομενον comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CXLII.

Μαιανδριος) Μαιανδρος Ald. Camer. I. II.

επιτροπαιην) Ora Steph. Vind. Arch. Pariſ. A. & in margine B., επιτροπευειν, Ald. cum Edd. επιτροπεειν Med. cum Paſſ. επιτροπαιην ſuum eſſe

L. IV.

L. IV. c. 147. docet, ubi ΕΠΙΤΡΟΠΑΙΗΝ *ειχε ὁ Θηρας την εν Σπαρτη βασιληϊην. Weſſeling.* poſt *τω* ante *δικαιοτατω* comma Ald. Camer. I. II. in quibus punctum poſt *τοιαδε.*, nullumque comma poſt *πρωτα μεν*, colon poſt *ἱδρυσατο.*

τουτο deſit Arch. & comma poſt *το* poſuit Ald. Camer. I. II.

ελεξε) *ελεγε* Arch. & Vind. poſt *ταδε* colon Ald. Camer. I II.

εμοι, ὡς) *ομοιως ιστε και* Ald. Camer. I. II. male.

Poſt *Πολυκρατεος* comma Ald. Camer. I. II. in his poſt *επιτετραπται* colon.

εγω δε τα τω) *εγω τ' αυτω πελας* Arch. Vind. poſt *τα* comma Ald. Camer. I. II. Voluerunt Arch. & Vind. *εγω τα αὖ τω πελας* &c. Si ita, non ſequor. Maeandrius bene, pariterque Xerxes, *αυτος δε, τα εκεινοισι επιπλήσσει, ταυτα ου ποιησω* L. 2. c. 136. *Weſſeling.*

εξεπλησε) *εξεπλησσε* Ald. Camer. I. II.

εμεῦ ὦν τω γενεσθαι) *γεγενησθαι* Ald. Camer. I. II. Aldinum hoc Gronov. etſi Florentiae nihil enotarit, praeoptat: cauſſas dant adnotationes, minus, ut, quod ſentio, profitear, validas. Equidem ex Mſſ. excerptum non animadverto, Stephanoque mutanti adſtipulor *Weſſeling.* Hoc (*γενεσθαι*) propagatur ab editionibus citerioribus, haud dubie per errorem typorum ex vicinia in proxime ſequentibus hoc attrahentium idem tempus, quum Aldus & Camerarius in utraque Hervagiana dederat *γεγενησθαι*, quaſi in anteceſſum decerni illud voluerint, priusquam libertatis dulcedinem acciperent. Omnino id opi-

opinor reponendum, etſi ex Mſ. nihil notaverim & taceat Gale. *Gronov.*

εξαιρετα) Abeſt Arch.

ιερωσυνην) ιερωσυνην τε Arch. & Vind. non δε, ut alii ιεροσυνην Ald. Steph. I. & *ſeqq.* per tot Edd. non debuerat propagari: ιερωσυνην ſcribunt vulgo Graeci; ιρωσυνην ſuo more dedit Herodotus. In centenis nominibus ο μικρον praecedit iſtam terminationem; in perpaucis ω μεγα· ſed in his paucis eſt ιερωσυνην: utraque ſcriptio certa nititur ratione. ſacerdos ιερωμενος & ιερωμενη dicebatur, *Dei Deaeve ſacerdos*, ιερασθαι θεω. *Valken.* Valde miror in ιεροσυνην coniuraſſe plerosque. Saltem ιερωσυνην, quod in Arch. & Vind. nam Herod. ιερωσυνην, ut lib. 4. c. 161. maluit. *Weſſeling.* Poſt τ' εμοι comma Ald. Camer. I. II. idem poſt τω.

ὑμιν) αυτος ὑμιν Arch. Vind. Poſt ὁ μεν comma Ald. Camer. I. II.

επαγγελλετο) Paſſ. επηγγελλετο Vind. Arch. επαγγελετο vulgo cum Ald.

των δε τις) Vind. Arch. Valla, recte; alii τω δε cum Ald. qui poſt τω comma poſuit. των ſcil Σαμιων. Vide II. 137. VI. 75. *Weſſeling.* poſt ειπε colon Ald. Cam. I. II. abeſt. poſt δοσεις comma, poſitum poſt των in iisdem.

μετεχειρισας) μεταχειρισας Euſtath. Homer. p. 1429. 26.

ad Cap. CXLIII.

Poſt τω ante ουνομα comma Ald. Cam. I. II.

Τελεσαρχος) Med. Arch. Ask. Paſſ. Valla. Alii Τελεσεαρχος cum Ald

ου δη) ουδ' ετι Arch. non abſurde. Nullum poſt ἑκαστον comma habet Ald. Cam. I. II. poſt

σφεας

σφεας comma ante Reiz. idem poſt *οἱ μεν* in Ald. Cam. I. II. in quibus & comma poſt *τω* ante *ουνομα*.

λυκαρητος) *λυκαρνητος* Steph. ora & Ask. poſt *ου γαρ δη* nullum comma Ald. Cam I II..

ὡς οικασι) Arch Vind. Paſſ. Ask *εοικασι* Med. Ald. &c. comma hic non poſuit Ald. Cam. I II.

εβουλεατο ειναι ελευθεροι) Non detractabant Samii libertatem, ſed talem, quae pactio eſſet ſervitutis. de Pauw hariolabatur, *εβουλεατο ειναι ανελευθεροι nolebant carere libertate: ανελευθερον libertatis* eſſe *expertem*: Gloſſas Labaei, *ανελευθερος*, *illiberatus*, *illiber*, offerre; *illiberum* tyranno parere; hoc iugum Samios recuſaſſe. Poſterius admitto, cetera minime Gloſſae nihil ad hanc rem, quarum *illiber* idem atque *illiberalis*. *Weſſeling*. Pavii coniecturam in verſione expreſſit *Larcher*.

ad Cap. CXLIV.

ου τε τις σφι) Paſſ. Pariſ. B., idem legunt Pariſ. A. & B. apud *Larcher*. qui probat *αιει τε τις χειρα σφισιν αντ' αειρετο* Arch. Vind. Vulgo *ου τε τι σφι* cum Aldo. Verius *ου τε τις σφι* divinavit Pavius cum d' Orvillio ad Chariton III. 8. p. 721. *Weſſeling*.

ἑτοιμοι) negligit vocem ora Steph. cum Arch. Vind

ςασιωται) *ςρατιωται* Steph. margo & Paſſ Minimi refert, utrum probetur. Erant omnes eiusdem factionis, Maeandrii *επικουροι* c. 146. *Weſſeling*. Abeſt comma poſt *Μαιανδριος* Ald Camer. I. II. in quibus poſt *νησου* comma.

Οτανεω)

Οταυεω) Οταυεος Arch. Paſſ. Ask. comma poſt h. v. ante Reiz. Poſt εκατεατο colon Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLXV.

Poſt τω ante ουνομα comma Ald. Cam. I. II.

Χαριλεος) Χαριλλος Vind. Χαριληος Arch. & mox cum Vind.

ὁτιδὴ) ὅτι δὴ Ald. Camer. I. II. in quibus comma poſt εβοα τε, ſed abſunt commata poſt ταχιστα & λοιδορεων τε in editis ante Reiz. poſt τοιαδε colon poſuit Ald. Camer. I. II. omittunt hoc poſt εμε μεν, & ανδρων.

δησας γοργυρης) δησαι γοργυρη Arch. Vind. prius etiam Ald. Pariſ. A. δησας Med Paſſ. Ask., γοργυρην hinc habet Harpocrat. in v. Cum praeceſſerit εν τη γοργυρη εδεδετο, non carebit ſua venere δησαι γοργυρη, ex ſcriptis. Sed Gronovium laudo. *Weſſeling*. Haec cum corrupta ſint, tamen intelligere & explicare voluit Aem. Portus, quaſi per Atticam & Jonicam ellipſin ita diceretur pro επι γοργυρης δησαι, Latina autem licet apud eum videre. Sed fruſtra omnia. Neceſſario δησας, ut eſt in MS. *Gron.*

Poſt ηξιωσας interrogandi ſignum ante Reiz. comma poſt τε σε habet Ald. Camer. I. II.

ποιευντας) Arch. Vind. alii ποιεοντας cum Ald. poſt απιξιος punctum Ald. Camer. I. II.

τε σε) δε σε Arch. Vind.

ad Cap. CXLVI.

δε ελεξε) δε deſit Arch. Vind.

ὑπελαβε) attigit Thom. Mag. in voce.

βασι-

βασιληος) Arch. Olim βασιλεος cum Ald.

απολαμψεσθαι) Med Paſſ. Ask. in ceteris απολαμψασθαι.

ὡς ασθενεςατα) ες ασθεν. Arch. Vind. poſt πρηγματα colon Ald. Camer. I. II. nullum in his poſt παραδιδοναι.

παθοντες οἱ Περσαι, προσεμπικρανεεσθαι) κακως παρος επικρανεεσθαι Arch. Vind. & in marg. Pariſ. B. κακως προσεμπικρανεεσθαι Pariſ. A. B. & Ald. κακως non eſt in Med. Paſſ. Ask. Moratur codd. diſcordia. Si Arch. & Vind. παθοντες — κακως παρος, εμπικράνεεσθαι — attentionem mereatur, mens erit, malum ante perpeſſos Perſas, exacerbatiore in Samios fore animo; uti εμπικραινομενος Αθηναιοισι Hippias L. V. c. 62. γυναικειως εμπικραινομενος Euſebius Stobaei Serm. XLIV. p. 310. Talis Fulvia, Ciceronis amputato capiti, και εμπικραναμενη οἱ και εμπτυσασα in Dionis Caſſ. Lib. 47. p. 378. Quae quidem ſchedis illis, & κακως mordicus tenentibus patrocinabuntur, eoque amplius, quod προσεμπικρανεεσθαι nimium explicet. At haec Galei & codd. cauſa. Cenſebunt haud dubie alii, παρος ex προς eſſe progenitum. *Weſſeling.*

Poſt Σαμιοισι comma Ald. Camer. I. II. quae poſt βουληται punctum habent.

διφροφορευμενους) Suidas in διφροφορος. *Qui ſellas attulerant* — Valla. Verius Scholiaſtes, Φορειοις Φορουμενους, Heſychio & Suida *ſeqq.* Etymologus p. 279. Ηρωδιανος τους Περσας Φορειοις Φερομενους ΔΙΦΡΟΦΟΡΟΥΜΕΝΟΥΣ. Scripſerat, uti bene Alberti, Ἡροδοτος τους — Error compendiariae debetur ſcripturae ſaepius recurrens. *Weſſeling.* poſt τε comma Ald. Camer. I. II idem

habent

habent poſt εοντας, ſed colon poſt εποιευν & comma poſt Περσικη.

πιεζευμενοι) Med. Ask. Paſſ. Arch. optime. πιεζομενοι antea ex Ald. poſt επικεροι comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CXLVII.

τε τας Δαρειος αποςελλων) Δαρειος οἱ αποςελλων Pariſ. A. B. Vind Arch. Ald. in qua & Camer. I. II. comma poſt τε τας. οἱ Med. Paſſ. Ask. non legunt. Poſt μεμνημενος comma Ald. Camer. I. II. idem in his poſt ὁ δε, & poſt τον ante αν. & poſt ανδρα. colon poſt κτενεειν ante Reiz.

κτενεειν) κτεινειν plerique. Poſt οἱ μεν comma Ald. Camer. I. II. colon in his poſt επολιορκεον, comma iterum poſt οἱ δε, & poſt ἱρω.

ad Cap. CXLVIII.

ανενειкαμενος) ενενειкαμενος Arch. Vind. perperam. poſt τα comma poſuit Ald. Camer. I. II. quae punctum poſt τοιαδε habent & comma poſt αυτε.

εξεσμων) Hinc Heſychii gloſſa. Vallae non intellectum, utpote rarius hinc excerptum εξεσμων, εσμηχον, Heſychius interpretatur. Herod. II. c 37. εκ χαλκεων ποτηριων πινεσι διασμεοντες ανα πασαν ἡμερην· hoc vulgo erat σμηχειν τα εκπωματα. Clem. Alex. Paed. III, p. 268, 23. ſmegmate abſtergere. Athen. IX. p. 409. C. εχρωντο εις τας χειρας αποπλυνοντες αυτας και σμηγμασι απορυψεως χαριν. Vallam ſuſpicor IX. c. 109. σμεεται inveniſſe, ſed illic ad iuvandam interpretationem commoda. *Valkenar.*

προηγο

προηγε ες τα οικια) Paſſ. Ask. Arch. Vind. Valla. Vulgo *οικηϊα* male, & *προηγε μιν*. Ald. Camer. I. II. quod enotare Weſſelingius oblitus eſt. *ιδοιτο*, ut rarius notavit Gloſſ. Sangermanenſis.

απεθωϋμαζε τε) Pariſ. A. B. Vind. Arch. Fragm. Pariſ. Ald. Edd. *επεθωμαζε* Med. Ask. Paſſ. *απεθωϋμαζε*, nec minus *οικηϊα*, decuit, in Muſis, quod Portus oſtendit, creberrimum: Mſſ iubent potiores. *Weſſeling.* poſt *τε* comma Ald. Camer. I. II.

ὁ δε αν) *ὁ δε ων*, ſicuti & paullo ſuperius; Abreſchius. *ὁς* Paſſ. Ask. tum *αυτον αποφερεσθαι αυτων* aut *αυτεων* iidem cum Arch. Vind., porro *ὁκοσα βϑλ.* Fragm. Paris. Poſt *αυτον* comma, poſt *βϑλοιτο* punctum Ald. Camer. I. II. punctum in his poſt *γινεται*.

ὁς λαβειν) *και λαβειν* Arch. Vind. poſt *διδομενα* comma Ald. Camer. I. II.

διδϑς) *διαδιδοι* Arch. opinor *διαδιδϑς* voluiſſe Arch. ſcribam, quo hac eadem in re uſus Plutarchus eſt. *Weſſeling.*

Poſt *τη Σπαρτη* nullum comma Ald. Camer. I. II.

η αυτον) *η* deſit Paſſ. comma poſt *αυτον* Ald. Camer. I II. idem habent poſt *ὑπακϑσαντες*.

εξεκηρυξαν) *εξωθησαν* Eton. *απεπεμπον* Arch. & *Μαιανδριον* omittens. Plutarchus, *οἱ δε*, inquit, *ὑπακϑσαντες εξεκηρυξαν τον Μαιανδριον αυτης ἡμερας*, legeratne in hac etiam hiſtoria, Platoni frequentatum *αυθημερον*; Laërt. II, 43. *επιδημησαντα αυθημερον εξεκηρυξαν.* Iſta reperitur Galei nota ad *εξεκηρυξαν*, *Cod. Arch.* *απεπεμπον*,

cod. Eton. εξωθησαν. *Haec autem gloſſemata ſunt.* εξωθησαν forma prodit: ſed ipſis etiam monachis notiſſimum εξεκηρυξαν quis tandem & quam ob rem fuiſſet interpretatus per απεπεμπον; Poſtremum illud invenit in ſuo quoque codice Valla; vertit enim *ablegarunt*; atque ita verbum αποπεμπειν converſum viderat in Lexico veteri latino graeco, quod ſcriptum adhibuit in hac adornanda verſione; Gloſſarium vocant Philoxeni. Si vel in aliis non obſervatum fuiſſet codd. mihi tamen απεπεμπον videretur Herodoteum; huiusque interpretamentum εξεκηρυξαν, vel εξεωσαν, vel εξωθησαν. Jonum more, diriſſima quaevis emollientium lenitate verborum, in re moleſta ſatis erat Herodoto verbum απεπεμπον adhibuiſſe. Qui cum uxore faciebant divortium, vulgo dicebantur illam *exigere* (εξαγειν Athenis etiam notabat *expellere*:) εκβαλλειν; Athenienſes rem per ſe ſatis invidioſam tegebant verbis αποπεμπειν & εκπεμπειν, *emittendi* vel *dimittendi*: Demoſth. vel alius c. Naaer. p. 733. 81. *iratus* εκβαλλει την ανθρωπον, non reddens dotem peccabat in hanc legem: εαν αποπεμπη την γυναικα, αποδιδοναι την προικα. p. 738. 129. την ανθρωπον αποπεμψω εκ της οικιας. Lyſias p. 286. Hipponicus εξεπεμψεν αυτȣ γυναικα. Iſaeus de Pyrrhi haerid. p. 41. 28. Res ipſa εκπομπη dicta & αποπεμψις. Antipho Stobaei p. 422. 1. χαλεπαι μεν εκπομπαι. Uxoris repudium εξεσις *emiſſio*, dictur Herodot. V. c. 40. παρα τω Ηροδοτω. εξεσις αποπεμψιν. δηλοι γυναικος, ητοι διαζυγιον, Euſtath. in Odyſſ. K. p. 410. 5. & Φ. p 746. 22. Tandem & hoc conſiderari velim, in civitatibus bene moratis illos praeſertim εκκεκηρυχθαι, qui

qui graviorum cenſebantur criminum rei, atque adeo digni hac publica contumelia, qua praeconis voce regione exterminabantur: Arthmium Zelita Athenienſes ἐξεκήρυξαν, Socratis accuſatorem Heracleotea; alios alii, Spartanis ſatis erat Meandrium ἀποπέμπειν. *Valkenar.*

ad Cap. CXLIX.

οἱ Πέρσαι) οἱ δε Περσαι παρεδοσαν. Συλωσωντι Σαμω. Arch., σαγηνευσαντες idem negligens. Vulgo παρεδωσαν Edd.

Poſt ἀνδρων colon ante Reiz.

συγκατοικισε) συγκατοικησε Arch. ſed male.

Poſt νησυ comma Ald. Camer. I, II.

ad Cap. CL.

ϛρατευματος) τυ ϛρατευματος Arch.

καρτα) abeſt Vind. Arch.

παρεσκευασμενοι) παρασκευασμενοι Ald. Camer. I. II.

ὅ, τε) ὁτε Ald. Camer. I. II. nullum comma poſt ηρχε in iisdem, ſed ponunt poſt ταραχη.

παρεσκευασαντο) in ora Steph και παρεσκευασαντο, & παρεσκευαζοντο cum Paſſ. Arch. Vind. Comma poſt ποιευντες Ald. Camer. I II.

τὰς μητερας εξελοντες) Laurentius *matres expellant*, εξελωντες opinatus. Reiſkius eadem verborum ſententia εξελοντες, ex priſco εξελω, unde εξελαω fluxerit. Mihi Latina Gronovii optima ſunt; εξελοντες propaginem τυ εξαιρειν, quae his cohaerent, monſtrant. Selegerunt matres Babylonii, praeter quas quisque unam

 ſibi

ſibi mulierem προσεξεφερετο, & quidem ex των ἑαυτȣ οικιων, ex illis, quae domi alebat. Nam ſic ex ſchedis praeſtat. Elegit autem σιτοποιον, quale mulierum olim officium. Vide VII. 187. & hoc Polyxenae, τροφεως δ' ανεγκην σιτοποιον εν δομοις ex Tragici Hecuba v. 362. Weſſeling.

την εβȣλετο) Med. Vind. Arch. Paſſ. Ask. την αν vulgo, & comma poſt την Ald. Camer. I. II.

οικιων) Paſſ. Ask. Vind. Arch. οικηϊων olim cum Aldo conf. Weſſeling. in proxime praeced. nota.

ανεισιμωσωσι) Sumſit hinc Suidas in v. & Euſtath. p. 1595. 10. colon hic Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CLI.

Comma poſt Δαρειον & punctum poſt αυτȣ Ald. Camer. I. II. colon in his exſtat poſt επος.

ενθαυτα ω Περσαι) ω Περσαι ενθαυτα Sic Arch. Paſſ. Ask. punctum poſt απαλλασσεσθε Ald. Camer. I. II.

των τις Βαβυλωνιων) Tria haec deſunt Fragm. Pariſ.

ελπιζων αν) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask.; ab Ald. & edd. αν aberat.

ad Cap. CLII.

ησχαλλε) Paſſ. Vind. Arch., alii ησχαλε cum Ald. nullum comma poſt πασα in Ald. Camer. I. II. colon ante Reiz. poſt Βαβυλωνιȣς poſt σοφισματα comma Ald. Camer. I. II.

ἕλειν) λαβειν ex Scholio Paſſ. Poſt και τω comma, poſt επειρηθη punctum, poſt Βαβυλωνιοι & poſt ελειν cola in Ald. Cam. I. II.

ad

ad Cap. CLIII.

Μεγαβυζου τουτου) Μεγαβυζου, ὃς Ask. omiſſo του, etiam Paſſ., τουτου, ὃς Vind. Arch. Ald. Pariſ. A. B. του ὃς Med. Singularis & ſine ſocio Med. eſt. Vetus ſcriptura confirmatur extremo hoc libro, ſaepeque alias. *Weſſeling.* Poſt εγενετο nullum comma Ald. Cam. I. II.

ἡμιονων μιη) Arch. Vind. Paſſ. Ask. Pariſ. B. ἡ μιη Med. Ald. Unicam ἡ μιη Zopyro σιτοφορέειν mulam relinquit, quod in locuplete Perſa tenue nimis & vix credibile. Suſtuli propterea articulum magna Mſſ. conſpiratione iugulatum. *Weſſeling.*

δουλοισι) Arch. Vind. Valla. ιδουσι olim cum Ald. quod ex laxiore venit interpretamento. *Weſſeling.* Corrector antiquae verſionis e Valla δουλοισι rectius obtuliſſet lectoribus, adfirmatum a cod. Arch., quodque, ſi plures praeferunt, Herodoto fortaſſe reſtituetur. *Valkenar.*

Poſt εφησε abeſt comma Ald. Cam. I. II.

φημην) φημιν Arch. comma poſt vocem poſuit Ald. Cam. I. II.

αλωσιμος ειναι) ειναι ἁλωσιμος Arch. Paſſ. Ask.

ad Cap. CLIV.

τη Βαβυλωνι) την Βαβυλωνα Arch. Poſt προσελθων comma Ald. Cam. I. II.

Δαρειω) Δαρειον Arch. Vind. Δαρεια margo Steph. Paſſ. Ask. non male, ſi ſequenti aptetur. *Weſſeling.*

εβουλευετο) βουλευεται Vind. Arch.

αυτος τε) deſit τε utrique & Paſſ.

αγαθοεργιαι) Arch. Vind. αγαθεργιαι vulgo cum Ald. Infra c. 160. Ζωπυρε δε εδεις αγαθοεργιην Περσεων ὑπερεβαλετο. Licham αγαθοεργων Spartanorum laudavit lib. I, 67. *Weſſeling.*

αλλω μεν νυν) ora Steph. Arch. Vind. μεν γαρ Ald. & Edd., μεν εκ tantum Med. Ask. Paſſ. αλλω μεν ων εκ Reisk. Mihi αλλω μεν νυν εκ — ex ſchedis longe eſt potius. *Weſſeli.* Quum & nexus orationis illam requirat, & duo ſaltem codd. ſubminiſtrent, voculam ſuam recipiet Herodotus ex aliis praeterea codd. quod ex Diſſ. conſtat Herodotea p. 103. αλλω μεν νυν εκ εφραζετο εργω δυνατον ειναι μιν ὑποχειρινην ποιησαι. Prorſus iſta perverterat Valla, non animadverſo, quantum ab εφραζε ſignificandi virtute diſtaret εφραζετο. Diverſa Portus bene ſeparavit. Φραζεσθαι notat *conſiderare*, vel *animadvertere*, Grammaticis vulgo redditum σκοπειν, Euſtathio βουλευτικως σκεπτεσθαι. Poetis illud uſitatum eſt quibusvis; non item ſcriptoribus orationis ſolutae, niſi Jonica utentibus dialecto. φρασασθαι & φρασθηναι, επιφρασασθαι, επιφρασθηναι & καταφρασθηναι in eundem paene ſenſum adhibentur Herodoto; cuius illud etiam venuſtum eſt, quod ſequitur. *Valken.*

δυνατος ειναι μιν ὑποχειριην) Iidem tres cum Arch. Vind. δυνατον antea. Porro ὑποχειριην Steph. margo, Pariſ. B. Arch. Vind. quibus *Larcher.* addit Reg. A. pergamenum. alii αυτοχειριη cum Ald. aut αυτοχειριην cum Med. Recte de Prexaſpe c. 66. τον Κυρε ὑιον απολωλεκεναι αυτοχειριη. & c. 74. αυτοχειριη μιν απολεσας, qui ſuis manibus Smerdin obtruncarat. Verum urbem αυτοχειριη aut αυτοχειριην ποιησαι quis in

ea

ea occupanda ſcripſit umquam? Noſter lib. I. c. 106 και τες Ασσυριες υποχειριες εποιησαντο· & magno numero alii. Merito conſentiunt ſcriptis libris viri docti. *Weſſeling.* Poſt ποιησαι colon Ald. Camer. I. II. comma poſt λωβησαμενος in iisdem.

λωβαται) Citat Nonnus in Gregor. Stelit II. p. 161. Poſt την εινα comma habet Ald. Camer. I. II. colon poſt Δαρειον in iisdem.

ad Cap. CLV.

ηνεικε) Arch. Vind. olim ηνεγκεν cum Ald. Formam verbi Jonicam agnoſcent Herodoti Studioſi. *Weſſeling.*

εκ τε τε θρονε αναπηδησας) και εκ Arch. Vind. tum πηδησας Euſtath. Homer. p. 288. 15. & Vind. Nec minus Jonicum Vind. & Euſtath. πηδησας, id ſane commendare ſe poteſt, & compoſiti auctoritatem deprimere, ſi quae neceſſitas. Plutarchi των παιδιων το πρεσβυτερον αποπηδησαν — απο τε τεγες — ερριψεν ἑαυτω T. 2. p. 823. A. recepto accedit. *Weſſel.*

Poſt ανεβωσε τε comma Ald. Camer. I. II. idem ponunt poſt ὁδε.

ὠνηρ· ανηρ Arch. Vind. Euſtath. ὠνηρ Ald. edd. Sequentia tangit Euſtathius p. 1559. 35. Poſt ωνηρ comma Ald. Camer. I. II. comma in his poſt τω, & poſt τοσαυτη, punctum poſt διαθειναι.

διαθειναι) διαφθειναι Arch., pro διαφθειραι. Poſt αλλοτριων & poſt βαλισευ abſunt commata Ald. Camer. I. II.

εργασαι) ειργασαι Ask. Paſſ. poſt εμεωϋτον abeſt colon Ald. Camer. I. II.

πολιορκευμενες) Ald. Vind. Arch., πολιορκεομενες Med. Ask. Paſſ. prius congruit dialecto. Poſt διαθειναι ſignum interrogandi habent Ald. Camer. I. II.

τι, ω) τι δ' ω Ald Vind. Arch. Pariſ B. in Med. & Ask. τι ω colon poſt ματαιε poſuit Ald. Cam. I. II.

κως εκ — φρενων) κως Arch. Vind. recte. alii πως· porro εξαμβλωσας των φρενων Vind. Arch. Vulgatum habet Suidas in v. poſt φρενων abeſt comma Ald. Cam. I. II. Videbatur olim codd. εξαμβλωσας patronum habere Ariſtoph. Nub. v. 137. και φροντιδ' εξημβλωκας εξευρημενην· at parum iuvat. Ridetur a comico Socrates eiusque mater ob cogitationem quaſi per abortum mente expulſam. Darius vero notam Zopyro rationem exprobrat, ſtultitiae cauſſam. Εξαμβλωσαι των φρενων in animi & ſapientiae abortu, audacius dictum. Vulgati translatio recepta. Suidas in Καταχορδησεν. Ειτα των φρεναν εξεπλευσε. Quae Cleomenem fortaſſe tangunt, derivata ex Thepompi Epitoma Herodoti, ut dicam alias. Noſter L. 6. c. 12. οιτινες παραφρονησαντες και εκπλωσαντες εκ τε νοε. iterum apud Suidam οἱ δε εκπλευσαντες των φρενων. Vid & εκπλευσειν. Tales dictionum e re nautica figurae in maritimis civitatibus, quales Joniae potior pars & Atticae, nunc Britannorum & Belgarum, creberrimae. Conf. L. 5. c. 92, 6. *Weſſeling. Sanumne te credis eſſe*, (Terentiana ſunt) *qui facie foede deformata ſic te ipſe laceraveris?* Prima forte ſpecie verius attento placere poterat Galeo laudata codd. lectio εξαμβλωσας. Suum etiam ſolus facile tueretur Noſter

ſter VI. c. 12. ubi de ſe Jones ipſi παραφρονησαντες και εκπλωσαντες εκ του νου· hi quidem a teneris adſueti mari perſonae convenienter loquuti; de Dario, quem ſic facit hoc tempore loquentem, dubitari poteſt. Ab Herodoto mutuatus de Spartiata Cleomene dixit Pauſan. in Lacon. p. 211. ult. εξωρμει τα πολλα εκ του νου. vid. Kuhn. Suidas duo ſervavit incerti fragmenta, in εκπλευσαντες, εξω γενομενοι· οἱ δε εκπλευσαντες των φρενων ειτα ενεοι εγενοντο· &c. Demoſth. de falſ. legat. p. 244. εξω δ᾽ αὐτης ουσα — ἡ γυνη. Cicero de Divin. II. 55. *a mente atque a ſe ipſe diſceſſit*, εξεστη. vid. Tuſc. III c. 5. & IV. c. 36. *iratos* (ira furor brevis eſt) *proprie dicimus exiſſe de poteſtate; id eſt — de mente. Ex mente avolare* propius accedit Herodoteum *enavigare* Theocrit. II. 19. Θεοῦλι δείλαια, πα τας φρενας εκπεποτασαι; *quis te maius abſtulit error?* Idem Eidyll. XI. 72. Ω Κυκλωψ, Κύκλωψ, πα τας φρενας εκπεποτασαι; *O Corydon, Corydon, quae te dementia cepit?* Virg. Ecl. 2. 69. In his memini cum me paene decepiſſet Homericum in Od. Σ. 326. συ γε τις φρενας εκπεπαταγμενος εσσι. Herodoteum εξεπλωσας των φρενων forte cui moveat ſuſpicionem in Theocrito ſcribendum: πα τας φρενας εκπεπλωκας; ego vulgatum retinuerim. Eurip. Electr. v. 175. ουκ επ᾽ αγλαιαις, φιλαι, θυμον — επεποταμαι. *Valckenar.*

Poſt ὁ δε comma, poſt ειπε punctum Ald. Camer. l. II. comma poſt τα ante εμελλον in iisdem, & poſt περιειδες punctum. μοι περιειδες Arch. colon ante Reiz. poſt Βαβυλωνα, comma poſt αυτους, & poſt επαθον. in Ald. Camer. I. II.

επηυθον) πεπονθα Arch. & Vind. poſt δοκει abeſt comma ab Ald. Camer. I. II.

της σεωϋτȣ) ἑωϋτȣ Arch. Vind.

της ȣδεμιη) μηδεμια uterque & τη, ȣδεμιη Ald Camer. I. II. Edd.

ταυτης) Vind. Arch. Med. Paſſ. vulgo cum Ald. ταυτη male.

Νινιων) Νινιας Suidas in Νινος.

διαλιπων) διαλειπειν ora Steph. Arch. Vind. Haud ſcio, an διαλειπειν Mſſ. edito poſterius ſit: quae conſequuntur, illi favent. *Weſſeling.*

Χαλδαιων) Arch. Vind. Paſſ. Ask. ora Steph. Valla. Antea cum Ald. Χαλκιδεων. Hoc certius, Χαλδαιων — Scriptoris fuiſſe. Quid enim *Chalcidenſes* ad Babylonem? Adfinis Babyloniis Chaldaei, hinc portae nomen. Fons erroris ex librariorum, Χαλκιδεας & Χαλδαιȣς permiſcentium, turpi licentia, qua de querelae Rutgers. Var. Lect. V. 6. Voſſ. ad Catull. p. 210. Alberti in Heſych. Βȣδιος, Kuſter ad Jamblich. Vit. Pythag. p. 128. tum in Diodor. T. I. p. 664. Optime eorum lapſum Caſaubon. Pavius, Reiskius adnotarunt. *Weſſeling.* Poſt πυλας nullum comma habet Ald. Camer. I. II. colon in his poſt εχειν & ante Reiz.

πυλας) Deſit Paſſ., και Κισσιας πυλας Arch. Vind. Ask.

επιτραψονται) επιτρεψονται Arch. Vind. Poſt βαλαναγρας punctum Ald. Camer. I. II. poſt ποιεειν colon in iisdem.

ταδε ποιεειν) Quorſum ταδε illud? an ad ipſius αυτομολιαν; verum eius in conſortionem Perſae non venerant. Scripſiſſe τα δει arbitror, aut cum Abreſchio τα δεη ποιεειν *quae ut fiant, res* *requi-*

requirit. Sic bene Zopyri oratio pergit & unius eſt mutatio aut acceſſio literae. Formulam illuſtrat Hemſterhuſ. ad Luciani Tim. c. 43. *Weſſel.* Hic unicam ſaltem liceat adiicere lineolam, ut legatur λτα δει ποιεειν· τὸ δ' ενθευτεν εμοι τε και Περσησι μελησει τα δει ποιεειν. *Valken.* ταυτα ποιητεν Regius A. apud *Larcher.*

ad Cap. CLVI.

Poſt εντειλαμενος comma Ald. Cam. I II.

επι τας πυλας) προς τας πυλας Arch. Vind. poſt αυτομολος colon Ald. Camer. I. II.

ὁρεωντες) Arch. Vind. olim ὁρεωντες, poſt πεταγμενοι comma ante Reiz. colon poſt κατα in iisdem.

τι) deſit Arch. Vind.

ειρωτεον) Paſſ. ειρωτων Arch. Vind. Ask. ηρωτεον Ald. Med. Poſt ὁ δε comma Ald. Cam. I. II. in quibus colon poſt εκεινας, ſed nullum comma poſt πυλωροι, & punctum poſt Βαβυλωνιων.

επ' αυτα) Scribi malim ες αυτα, id eſt, ες μεσον αυτων, *ſtans in concilio* vel *curia Babyloniorum.* Dicuntur enim deduxiſſe Zopyrum επι τα κοινα των Βαβυλωνιων. Ciceroni uſurpatur *commune Milyadum*, *commune Siciliae* &c. ut Graecis το κοινον των Αρκαδων, των Θετταλων &c. commune concilium Aſiae Gellio N. Att. II. c. 6. commune Graeciae concilium, το κοινον συνεδριον των Ἑλληνων ab Amphictyonum concilio probe diſtinguendum, variis fuit in urbibus, dum pro re communi bella gerebant. Recentioris eſt aevi illud nobile συνεδριον Αχαϊικον, & το Αιτωλικον. Rarius eſt in talibus κοινον βουλευτηριον, quod habet Demoſth. p. 151 & 152. Secundum He-

Herod. I. c. 170. prudentis conſilii Thales fuit Jonibus auctor, quo ſuadebat, ut Jones conſtituerent ἐν βουλευτηριον. *Valken.*

τα επεπονθεε) Arch. Vind. Med. Paſſ. Ask. olim πεπονθεε & poſt τα comma in Ald. Camer. I. II.

παθεειν) Arch. recte. Vulgo παθειν cum Aldo. Poſt ταυτα comma Ald. Cam. I. II. Vid. Suidas in κατοικτιζετο.

επει τε δε) επει τε ηδεις Ald. Edd., ex Med. Paſſ. vulgatum. Poſt αλλωσιος colon Ald. Cam. I. II. nullum comma poſt νυν τε, neque poſt ὑμιν, neque poſt Βαβυλωνιοι in Ald. Cam. I. II.

Poſt αγαθον colon in iisdem, comma poſt Δαρειω δε.

ϛρατιη) τη ϛρατιη Arch., omittens και Περσῃσι cum Vind. & Valla. Poſt ϛρατιη & Περσησι commata Ald. Camer. I. II. quae poſt κακον punctum habent, nullumque comma poſt γαρ δη.

καταπροϊξεται) Citat Schol. in Ariſtoph. Equit. v. 433. & ex eo Suides in V.

ad Cap. CLVII.

ὁρεοντεσ) Arch. tum τον εν Περσησι id. & Vind. vulgo ὁρεωντες. Poſt δοκιμωτατον comma Ald. Camer. I. II. idem ponunt poſt των ante εδεετο, & poſt τα ante περ, iterumque poſt τους ante πρωτους.

ενετειλατο) τους ενετειλατο Arch. poſt κατεφονευσε colon ante Reiz. comma poſt εξηγαγε Ald. Camer. I. II.

ειχον εν ϛομασι αινεοντες) ultimum noli redundans arbitrari. Miltiadem, Paro reducem,

ειχον

ασχον εν ϛομασι Athenienſes, non utique laudantes lib. 6. c. 136. *Weſſeling.*

συγκειμενας) margo Steph Arch. Vind. Paſſ. συγκειμενους vulgo cum Ald. id alii explicent. Sequor quod Mſſ. liberaliter offerunt, neque ſcriptori diſplicet. *Weſſeling.*

Poſt κυκλωσαμενος comma Ald. Cam. I. II.

κατεργαϛο) κατεργασατο Vind. Arch. Poſt Ζωπυρου colon in Ald Camer. I. II.

ϛραταρχης τε ετος)) Ald. Edd. Arch. Vind. & in Med. Paſſ. Aſk. ϛρατιαρχης. ϛραταρχης munitus Herodoti eſt praeſidio L. 8. c. 44. Medic. nihil illic novante. Aeſchyli ap. Athen. I. p. 11. και ταξιαρχους, και Στρατιαρχους και λοχους Εταξα, optime popſtrema Valken. ad Phoeniſſ. v. 549. Philon. Jud. c. Flacc. p. 981. Pindar. Iſthm. Od. V. 30. ϛραταρχον habet & ϛραταρχαι Philo in Fragm. T. 2. p. 644. Στρατιαρχην tamen maluit Baſilius Seleuc. Miracul. S. Theclae lib. 2. 4. Diverſior vocabuli origo hanc peperit variationem. *Weſſeling.*

απεδεδεκτο) απεδεκετο Arch. Vind. prave.

ad Cap. CLVIII.

Colon poſt εξεφαινε ante Reiz.

δη Βαβυλωνιοι) δη non habent Vind. Paſſ. comma poſt Κισσιας in Ald. Cam. I. II.

Βηλιδας) και τας Βηλιδας Arch.

Poſt Βαβυλωνιων comma Ald. Cam. I. II.

ετοι εφευγον) ετοι μεν εφευγον Vind. Arch.

Ιρον) Ald. Med. Aſk. Vind. male ιερον vulgo.

ταξι) Med. Aſk. in aliis & Ald. ταξει.

Poſt προδεδομενοι colon Ald. Cam. I. II.

ad

ad Cap. CLIX.

Poſt ουδετερον punctum Ald. Camer. I. II. poſt τουτο δε non habent comma, poſt οικειν colon ante Reiz. commata προϊδων & poſt εποιησε Ald. Cam. I. II.

γυναικα ὑπογινομενη) γυνη Ask. Paſſ. Vind., in Arch ὑπογενητη.

και κατ' αρχας) deſit copula Vind. & Arch.

Poſt προσφερωντες comma Ald. Cam. I. II.

γυναικας) γυναικα Ask. Med. Paſſ.

κατισχυουσι) κατεσχυσε Ald. Camer. I. II.

οπωσδη) omittunt Med. Paſſ., οπως δη Ald. Camer. I. II.

Poſt επιταφιων punctum Ald. Camer. I. II.

μυριαδων) μυριαδες Arch.

Poſt δε των γυναικων comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLX.

ὑπερεβαλετο) ὑπερεβαλλετο Vind.

Poſt κειτη colon Ald. Camer. I. II. colon poſt συμβαλεειν ante Reiz.

Δαρειον) non habent Paſſ. Ask. Med.

αεικεως) αἰκιης Arch. error librarii e Reuchliniana ortus pronunciatione.

ανα παν) αν απαν Idem.

ταυτα) omittit idem, comma poſt vocem habet Ald. Camer. I. II. colon vero poſt τιμιωτατα, & punctum poſt ζοης.

επεδωκε) Med. Ask. Arch. Paſſ. alii cum Ald. *απεδωκε*, perperam.

τυτυ) deſit Ask. qui mox Μεγαβυζος.

Poſt *εςρατηγησε* punctum Ald. Camer. I. II.

Μεγαβυζυ δε τυτυ) comma hic in iisdem. τυτυ δε τυ Μεγαβυζυ Arch.

ηυτομολησε) *αυτομολησε* idem & Vind.

In fine libri Ald. & Camer. I. II. ſubſcribunt Ἡροδοτυ ἱςοριων τριτη.

Ad Librum IV.

In libri inſcriptione omiſſa τȣ Ἁλικαρνησσηος & επιγραφομενη in Ald. Camer. I. II. τȣ Ἁλικαρνασσεως Steph. I. & ſeqq. ante Weſſelingium, qui Jonismum bene reſtituit.

ad Cap. I.

Poſt αἵρεσιν comma Ald. Camer I. II.

προτεροι εσβαλοντες) προτον εμβαλοντες ora Steph. Paſſ. Ask.

ὑπηρξαν αδικιης) colon hic exſtat ante Reiz. Citat Suidas in v. Poſt τριηκοντα colon Ald. Camer. I. II.

Κιμμεριȣς) Spectavit haec Schol. Odyſſ. λ. 12. ſed errans. Poſt επιδιωκοντες comma Ald. Camer. I. II. quae punctum poſt Μηδȣς, & comma non habent poſt ὗτοι γαρ, ſed poſt Μηδικȣ punctum ponunt. Poſt δȣλȣς colon habent eaedem.

ad Cap. II.

τȣς δε δȣλȣς) ȣ̓ς Σκυθαι τυφλȣσι παντας Arch. Vid. Nonnus in Gregor. Naz. p. 152.

Poſt εἵνεκα & τȣ commata in Ald. Camar. I. II.

φυσσητηρας) φυσσηρας Arch.

τοισι

τοισι ςομασι) punctum hic Ald. Camer. I. II. duo haec omittunt Arch. Vind. poſt φυσσεοντων comma Ald. Camer. I. II.

αμελγεσι) Ask. Vind. Paſſ. Arch. Ald. & Edd. Pariſ. B. αμελγωσι Med. prave.

εινεκα) ἕνεκα Paſſ. Ask. τοδε ποιεειν Arch.

τας φλεβας) τε τας φλεβας Arch.

πιμπλαθαι) εμπιμπλαθαι idem εμπιπλαθαι Vind. non citra exemplum.

φυσσεωμενας) φυσσωμενας idem cum Ask. In Athen. IX. p. 399 φυσσεωμενης, quod ſcribi malit *Valkenar.* Leopardus attigit Emend. VI. c. 20.

αμελξωσι) αμελγωσι Paſſ. Ask.

περιςιξαντες) Med. Paſſ. περιςηξαντες Ald. Ask. περιςησαντες Vind. Arch. Pariſ. A. B. & edit. priores, ſed κατα negligitur in Arch. Vind. E Regiis duobus *Larcher*, unus περιςησαντες cum Steph. I. conſentiens, alter περιςηξαντες cum Ald. In diverſiſſima deſcribentium opinione περιςησαντες, invectum ab H. Stephano ex Mſſ. omnium planiſſimum: *ad mulctralia coecos collocantes*: Tale alia in re lib. II. 121. και ταυτας περι τα αγγηια, εν τοισι τα χρηματα ενην, ςησαι. Aldinum περιςηξαντες & aliorum περιςιξαντες idem, ſed confuſis pro more vocalibus. Qui prius *circumpoſitos* verterunt, in errore haeſerunt; aliud requiritur, & περιςηκω dubiae eſt ſanitatis. Περιςιξαντες Gronov. varie explicat: *conpungentes ad vaſa* non intelligo. Valere ſi debet, non aliud ac περικυκλωσαντες *circumdantes & collocantes*, & quidem ex περιςιχειν ob Heſychium. Juvat ad ſpeciem περιεςιξες και τετοισι το τειχος L. 4. c. 202. Reiskius ex περιςιζειν arceſſit, *in orbem*

collocandi notione, originatione uſus & exemplis, mihi admodum dubiis, ad Imper Conſtantini Porphyrog. Cerimon. p. 150. *Weſſeling.*

Poſt γαλα colon ante Reiz. comma poſt αυτȣ Ald. Camer. I. II.

ἡγευνται) Med. Paſſ. Ask., reliqui ἡγεονται cum Ald. poſt ἑτερȣ colon Ald. Cam. I II. commata poſt ἁπαντα & τον eaedem.

οἱ Σκυθαι) abeſt a Paſſ. Ask.

ȣ γαρ αροται εισι, αλλα νομαδες) quid hic adeo ſibi voluit, cum Valkenario non exputo; nam fuerunt & ſecundum Herodotum Scythae Αροτηρες dicti, & ſaepe diſtinguuntur Scythae Νομαδες, & Γεοργοι.

ad Cap. III.

Poſt δȣλων comma Ald. Camer. I. II. idem poſt γυναικων.

ετραφη) επεςραφη Arch. επετραφη Vind. eleganter.

αυτοισι) Med Arch. Vind. Paſſ. Ask. olim τοισι cum Ald.

ταφρον) Steph. Byz. ταφραι & Euſtath. in Dionyſ v. 163.

ȣρεων) ορεων Arch. Vind. Poſt μετα δε abeſt comma Ald. Camer. I. II. comma in his poſt Σκυθησι.

αντικατιζομενοι) αντικατιζεομενοι Ald. & Edd. αντικαθεζομενοι Arch. αντικατιζομενοι Vind. αντικατιεομενοι Med. Paſſ. Ask. Αντικατιζεομενοι Portus habere poteſt Jonicum pro communi αντικατιζȣμενος, idque pro αντικαθιζομενος. Debuiſſet igitur monſtrare locum, in quo abſconderetur

retur, αντικατιζεμενες. Vix enim dixeris eſſe Graecum, unde in principio libri 5. dicit αντικατιζομενοι, ubi etiam eſt αντιζομενων. Med. cod. egregie αντικατιευμενοι omiſſa litera. *Grenov.* Quoniam infeſtiores experitur Ald. αντικατιζεομενοι plures, eſſi ex ιζεω propagari potuerit, & ſimilis haud pauca formae exſtent in Muſis, illud ex Vind. praetuli, recurſurum lib. 5. 1. Αντικατιεομενοι ex Med. futuri poteſtate non quadrat. Alibi αντιοι ιζοντο τοις κατιεσι L. 6. 77. G. 26. *Weſſeling.* Poſt ταδε colon in Ald. Cam. I. II. abeſt his comma poſt ποιευμεν.

ελασσονες κτεινομενοι) Med. Paſſ. Ask. & Fragm. Pariſ., a quo & Ask. Paſſ. κτεινομενοι abeſt, in Arch. Vind. Pariſ. A. B. Aldo, αυτοι τε ελασσονες κτεινομενοι ſatis utique ex Scriptoris more. *Weſſeling.* poſt γινομεθα colon Ald. Camer. I. II. comma poſt κτεινοντες.

λαβοντα δε εκαστον) λαβοντας δε τε, neglecto εκαστον, Valla, Vind. Arch.

ad Cap. IV.

Poſt οἱ δ' comma Ald. Camer. I. II.

τω γινομενω) επι τω γινομενω Ald. Vind. Arch. Pariſ. A. B., Praepoſitio deſit Med. Paſſ. Ask. Poſt ηρξαν colon Ald. Camer. I. II.

εξειλαθεντες) Ald. & Edd. εξελαθεντες Med. & alii.

τοιετω) Med. Paſſ. Ask. Arch. Vind. In aliis & Ald. τοιωδε poſt σφετερην colon ante Reiz., colon poſt στρατευμα Ald. Camer. I. II.

ad Cap. IV.

Ὠς δε Σκυθαι) Emendabat C. de Pauw οἱ δε Σκυθαι, oblitus Herodoteae conſuetudinis, copioſe a Porto in ὡς Lex. Jon., ne Stephan. de dialect. p. 138. advocem, declaratae. *Weſſel.*

Poſt τω ante ουνομα comma Ald. Camer. I. II.

του δε Ταργιταου) Ταργιταου δε τουτου Arch.

τοκεας) ora Steph. Vind. Arch. Paſſ. Ask. quos Weſſelingius ſequutus eſt, γονεας Med. Ald.

πιστα) πιθανα Vind. Arch. Poſt Δια τε comma Ald. Camer. I. II.

Βορυσθενεος) Βαρυσθενεος Paſſ. & Valla. Poſt θυγατερα colon Ald. Camer. I. II. & ante Reiz. omnes.

Λειποξαϊν) Νιτοξαϊν Arch Vind. Valla. Sitne hoc an editum verius dicere non habeo: barbara mihi, forſan & aliis ſunt. *Weſſeling.* poſt Κολαξαϊν colon ante Reiz.

αρχοντων) deſit Arch. Vind. Valla. Poſt ποιηματα & αροτρον τε, & ζυγον, & σαγαριν commata poſuit Ald. Cam. I. II.

ες την Σκυθικην) punctum hic Ald. Cam. I. II. ες γην την Σκυθικην Arch. Vind. non male Schedae veteres. Memini antea oſtendere, Scriptorem in ſimilibus hunc morem plerumque ſequi. Conf. c. 8. & 99. *Weſſeling.*

και των) ex Arch. cum Reizio recepimus, antea και τον cum Ald. qui comma habet poſt τον.

ασσον ιεναι) ιεναι ασσον αυτων βουλομενον Arch. cum Vind. poſt καιεσθαι colon ante Reiz. poſt

δευτε-

δευτερον punctum, poſt και των comma Ald. Camer. I. II. idem in his poſt τυς μεν.

αποσαθαι) απαλλασσεσθαι Vind. Arch. αποσασθαι nimium videtur. Schedarum απαλλαττεσθαι non diſpliceret; modo καιομενυς τυ χρυσυ ſcripſiſſent. *Weſſeling.* απαλλασσεσθαι Codd. Mſſ. teſte Galeo; Valla: *ambobus ab ardenti auro ſummotis*, legiſſe videtur Valla, ſcripſiſſe autem Herodotum τυς μεν δη καιομενυς τυ χρυσυ απαλλασσεσθαι. *Valken.*

Poſt επελθοντι comma Ald. Cam. I II.

κατασβηναι) Ald. & Edd. Valla, Arch. Vind. Pariſ. A. B. Euſtath. Homer. p. 513. 11. καταϛηναι Med. Ask. Paſſ. — Certius manet, κατασβηναι Herodoti fuiſſe. Aurea illa ποιηματα, coelo lapſa, adeuntibus regiis iuvenibus ardoris speciem praebuerunt & flammae; prodigio perculſi abeunt: tertio accedenti ceſſat flamma, exſtinguiturque. Haec clara. καταϛηναι ſi velis, oportet liquefacta diffluxerint prius: ubi tum aratri, iugi, ſecuris, phialae figura? *Weſſeling.* Scripſiſſe Herod. videtur τριτω, δε, τω νεωτατω, επελθοντι κατασβηναι. *Valkenar.*

Poſt εωυτυ punctum Ald. Cam. I. II.

ad Cap. VI.

Λειποξαιος) Νιτοξαιος Valla, Arch. Vind.

μεσυ) deſit Arch. poſt Κατιαροι τε comma Ald. Camer. I. II.

Τρασπιες) Τρασπιοι Valla Arch. Vind. Τραπιες Ask

τυ βασιληος) ingenioſam Jo. le Febure hanc correctionem cum Reizio recepimus. Vulgo

τȣ̃ βασιλη̃ος. Dixerat Herodotus: ἀπὸ μὲν δὴ Λειποξαΐος γεγονέναι τȣ́τȣς τῶν Σκυθέων, οἱ Αὐχάται γένος καλέονται· a medio fratrum ortos, οἱ Κατίαροί τε καὶ Τράσπιες καλέονται· tandem addiderat ſecundum iſtam haud aſpernandam lectionem, ἀπὸ δὲ τȣ̃ νεωτάτȣ αὐτέων, τȣ̃ βασιλη̃ος, (*Regis* videlicet, cui maiores natu fratres ut digniori, regiam conceſſerant dignitatem;) οἱ καλέονται Παραλάται, nempe γεγονέναι τȣ́τȣς τῶν Σκυθέων, οἱ κ. Π. ſaepenumero ſic loqui ſolet Noſter. *Valkenär.* Sequutus hanc quoque correctionem in verſione ſua *Larcherius*. Veroſimilius *Weſſelingio* eſt, fuiſſe primitus ἀπὸ δὲ τȣ̃ νεωτάτȣ, τȣ̃ς βασιλήϊȣς, — *regios* Scythas, de quibus c. 56. Nam gentis reges non a Colaxaë, ſed Herculis filio Scytha genus derivarunt c. 10. Non fugit hoc de Pauw. ſolertiam.

απο τε) Arch. Vind. Pariſ. A. B. απ' ε Ald.
Camer. I. II. επ' ε contra ſermonis indolem Med.
Ask. Paſſ. Poſt καλευνται abeſt comma Ald. Ca-
ner. I. II.

ιδρεσαντο) Valla Latina; *ex hac tribu viri —
conſtruxerunt* coniecturae de Pauw materiam de-
erunt, οἱ δε εκ τη Φυλη ταυτη ανδρες — ιδρυσαν-
το, admodum labanti, & omni tibicine defe-
tae. Itaque in ιδρυτο vel ιδρυνθη inclinavit, cui
accedere poſſem, ſi per codd. liceret. Ut nunc
ſe verba dant, ιδρυσαντο de Lacedaemoniis,
ui fanum tribui Aegidae, cuius illuſtris in Pin-

dari Od. IV. Pythion memoria, excitarint, accipiendum cum Reiskio. Excitarunt autem quod Aegidarum ſtirps Furiis Laii & Oedipodis immunui & ſuccidi putaretur. Των δε Ερινυων των Λαιϋ και Οιδιποδος μηνιμα alia in re apud Pauſan. L. IX. 5. p. 723 *Weſſeling* Ἱδρυτο vel ἱδρυϑη, ſi codex exhiberet ſcriptus, mihi aptius in hac ſede videretur; & σφι εμειναν, quam ὑπεμειναν. Τοισι δε εν τη φυλη ταυτη ανδρασι (ϋ γαρ σφι εμειναν τα τεκνα·) ἱδρυνϑη εκ ϑεοπροπιϋ Ερινυων των Λαΐϋ τε και Οιδιποδεω ἱρον· και μετα τϋτο σφι εμεινε. *A viris ex hac tribu, quum liberi ipſorum in vita non manerent, oraculo monitis delubrum fuit dedicatum Diris Laii atque Oedipi; hoc poſtquam feciſſent, ipſorum liberi manebant in vivis, neque adeo pueri* προ ὡρας *rapiebantur.* Ἱδρυσϑαι hac adhibetur ſtructura quum alibi, tum bis lib. 2. c. 44. ὁκοσος χρονος ειη εξ ϋ σφι το ἱρον ἱδρυται. In his *dirae*, quibus Aegidarum progenitor Oedipus, *Furiis* agitatus, filios ſuos devovit, a Thera quodammodo renovatae, filium ſe dicente καταλειψειν οἶν εν λυκοισι, dicuntur Oedipodis Ερινυες. Laiium quoque dirae dederant praecipitem. quibus illum Pelops devoverat ob receptum Chryſippum. Ερινυῦν Oedipi *diras* vocant Tragici, Aeſchylus Theb. v 70. Sophocl. Oed in Col v. 294 Eurip. in Phoen. v. 627. *Valkenar.* cuius emendationes recepit *Larcher.* Locus hic corruptus videtur. Dativus enim ανδρασι cum ἱδρυσαντο non poteſt iungi. Legendum fortaſſe: τοισι δε — ανδρασι ϋχ ὑπεμειναι τα τεκνα, ἱδρυσαντο ων — και μετα τϋτο ὑπεμειναν. *Goldhagen.*

των Λαιϋ) τω Arch. poſt ἱρον punctum Ald. Camer. I. II.

τωῦτὸ τȣτο καὶ εν) cum Reiskio in Miſcell. Lipſ. novis T. VIII. p. 111. τωῦτο τȣτο συνεβη καὶ εν Θηρῃ — legit *Larcher.*

Θηρῃ) Θηρησι Arch.

ad Cap. CL.

Poſt λογȣ comma Ald. Camer. I. II. idem poſt απο τȣτȣ.

Γρινος) Γριννος & mox Arch. Ask. Paſſ.

οἱ καὶ αλλοι) καὶ αλλοι Arch. Vind. veriſſime: olim καὶ οἱ αλλοι cum Ald. Delendum eſt ſecundum illud οἱ. Scripſerat ſuo more: εἱποντο δε οἱ καὶ αλλοι των πολιητεων, καὶ δη καὶ Βαττος ὁ Πολυμνηςȣ, εων γενος Ευφημιδης των Μινυεων. In his mirum eſt, quantum a vero Valla aberrarit; ſed illud magis etiam mirandum, a Palmerio repertam veritatem, a Gronovio tamen fuiſſe repudiatam. *Valkenar.*

Ευθυμιδης) Med. Arch. Paſſ. Ask. Valla cum Ald., Ευθυμηδης Edd. cum Vind. Nobilis fertur in primis inter Jaſonis ſocios Minyas, Euphemus, de quo praeter Spanhem. in Callim. H. in Apoll. v. 75 Burmannus egit in Argonaut. Catal. Huius compreſſu gravida puella Lemnia Batti pepererat progenitorem: erat itaque Battus γενος Ευφημιδης των Μινυεων, *e poſteris vel genere Euphemi, unius e Minyis.* Ευθυμηδης hic olim vulgabatur; Ευθυμιδης prodiit e Med. Ευφημηδης ex Arch. dederat Galeus, haec verae proxima ſcriptio; verum coniectura Palmerii fuerat adſequutus in Exercit. p. 23. Sicuti ſaepe patronymica facta ſunt propria, in vera hiſtoria Graeca veteri & recentiori memorantur Euthymidas & Euphemidas, vel Euphamidas; reſtituendum

hoc nomen in Schol. ad Ariſtoph. Equit. v. 791., Ευφαμιδας Αριςωνυμε, pro Σισυφαμηδας Αριςοδημε, ex Thucyd IV. c. 119. ubi nomen Ερυξιδαϊδα convertendum eſt in Ερυξιλαϊδα· idem vitium Spartiatae nomen corrupit in Aeliano de N. A. XI, c 19 Παντελιδας verum nomen fuit, non Pantedidas. noti ſunt Lacones Paſitelidas, Epitelidas, Eutelidas. Sed Corinthium Euphemidam in Thucyd V. c. 55. praebent ſeptem minimum Mſſ. cur itaque forma non Graeca Ευφαμιδας in Thucydide fuit relicta? *Valk.* Elegantem veramque Palmeri correctionem Ευφημιδης Ed Simſonius Chronic. Ann. 3389. antevertit, laudavitque meritiſſime Bouherius Diſſ. Herod. c. 12. Pindarus Battiadas, Euphemi poſteros, laudibus ferens, locuples ſuaſor auctorque. Τοθι γαρ, Cyrenis, γενος Ευφαμε φυτευθεν, λοιπον αιει τελλεται Od. IV. Pyth. prope finem. Quamquam autem nihil in hoc genere liquidius, relinquere pravum debeo, ſine haeſitatione inſtauraturus, modo Ευφημηδης, ſicuti Galeus oſtentavit, in ſchedis Arch foret, at ſecus ſe habet. *Weſſeling.* Recepit Palmerianam correctionem *Reizius*, eamque probavit ſequutusque eſt *Larcher.*

Poſt ὁ δε comma, poſt λεγων colon Ald. Camer. I. II. nullum in his comma poſt εγω μεν. εμοι ων Arch.

τωνδε)' deeſt Med., in Ask. των.

κελευε ποιεειν ταδε) κελευει ταυτα ποιεειν ambo cum Paſſ

ελεγε) abeſt Arch. Vind. conf. L. III. 135. Poſt μετα δε comma Ald. Camer. I. II.

αλογιην) Citat Thom. Mag. in voce.

εη)

ειη) ῆ Arch.

χρημα) χρηματα idem.

ad Cap. CLI.

Comma poſt μετα ταυτα, & punctum poſt θηρην. Ald. Camer. I. II. in quibus & comma poſt Θηραιοισι.

ην σφι μηχος) σφιν ην σμηχος Arch. μηχος Med. Vind. Paſſ. Ask. Ald., prius μηκος, quod H. Stephano debetur, id ſerio in recenſ. voc. Herod. corrigenti. Eurip. Androm. v. 535. τι δ' εγω κακων μηχος εξανυσαιμ' αν. Tale & Aeſchyli Suppl. v. 740. μηχος δ' ουδεν εν μεσω χρονω. Nam μηκος, quod Stanleio explicare & tueri viſum, non reſpondet ſatis puellarum timori. *Weſſeling.* Perperam etiam μηκος vulgatur in Aeſchyl. Agam. v. 2. ubi vox Homerea μηχος, vel Aeſchyli μηχαρ, quod & Stanleius ſuſpicabatur, ſine controverſia reſtitui debet. Theocritea Eid. E. v. 95, χαλεπας νοσω εὑρε τι μαχος· haud ſane feliciſſimus poetarum interpres Jac. Palmerius ſollicitabat legendo, εὑρε τι μ' ακος. Herod. II. c. 181 τουτου γαρ οἱ κακου ειναι μηχος. Eurip. Androm. v. 536. *Valken.*

Poſt μετοικων comma Ald. Camer. I. II. in quibus punctum poſt πολιν.

συμμισγουσι) συμμιχθουσιν Arch. Vind. perperam. poſt τω ante ουνομα comma Ald. Cam. I. II.

Κορωβιος) Κουρωβιος Vind. Arch. aque iterum. poſt απενειχθεις comma Ald. Cam. I. II. απενεχθεις Paſſ.

απικεσθαι) απαγγεσθαι Arch. quod ſpeciem habet allicientem, ſolidi nihil *Weſſeling.* poſt Λιβυην punctum Ald. Cam. I. II. quae comma poſt Λιβυης ponunt.

Πλατεαν) ſemper Med. Paſſ. Ask. Πλαταιαν reliqui cum Aldo. Inſulam ſive tu Πλατεαν ſcripſeris, ſeu Πλαταιαν minime referet. Steph. Byz. utrumque edit. Scylaci Πλατεια. Infra c. 156. 169. idem, qui hic, in Mſſ. diſſenſus. *Weſſeling.* Poſt νησον colon ante Reiz. poſt πεισαντες comma Ald. Camer. I. II. idem in his poſt Θηρης, ſed abeſt poſt ανδρες.

ὁσων) ὁσων δη Med. Paſſ. Ask. Pariſ. A. B. Valla, olim ὁσον δυο cum Ald. ὁσων δη μηνων, quod praebent cod. Med. & Vallae reponerem pro ὁσον δυο μηνων. *Valken.* poſt μηνων punctum Ald. Cam. I. II. comma poſt ταχιστην.

απαγγελεοντες) απαγγελλοντες Arch. Vind.

ad Cap. CLII.

μετα δε, νηυς) μετα δε ταυτα νηυς marg. Steph. Paſſ. Ask. poſt της ante ναυκληρος comma Ald. Camer. I. II.

απ' Αιγυπτου) Paſſ. Ask. Med. quae & Fabri coniectura lib. I. Ep. 72. p. 240., ante απ' Αιγυπτου cum Ald. male.

Poſt και ante ου γαρ nullum comma Ald. Camer. I. II. neque adeſt in his poſt Ταρτησσον, ſed poſitum poſt εμποριον τουτο.

ακηρατον) απειρατον Arch. offert Galeus. intentatum απειρητον eſt apud Herod. p. 384. 11. Hoc ſi plerique darent codd. alteri non poſtponerem. Emporium Graecis usque in hoc tempus intactum, ſolis ante Phoenicibus notum mercatoribus, Graecis *intentatum* dedit Noſter, ut puto, potius απειρητον, quam ακηρατον. Ακηρατον tamen etiam *purum* vocat & *intaminatum*; quo uſu vox Platoni praeſertim & philoſophis fre-

frequentatur aeque ac ακεραιον· quae duo permutat & in eadem locutione Eurip. Or. v. 574. & Helen. v. 48 De urbibus etiam & regionibus adhibetur integris, ſive nondum hoſtili ferro violatus: Herod. III. 146. Thucyd. II. 18. Xenoph. Cyrop. VI. p. 96. 4. *Valcken.*

Poſt των ante ημεις comma Ald. Cam. I. II.

ιδμεν) ισμεν eaedem. ιδμεν Gregor. de dialect. Jonicum docuit, quare id praeferendum iam duxerat *Larcher.*

Σωςρατον) habet hinc Euſtath. in Perieg. v. 511. p. 206.

την δεκατην) duae hae voces abſunt Arch. Vind. qui & επικερδιων cum Paſſ. & Steph. marg. poſt εξελοντες comma Ald. Camer. I. II. abeſt poſt εξ ταλαντα.

εποιησαντο) εποιησαν Arch.

χαλκηϊον) χαλκιον Arch.

αυτε) Paſſ. Arch. Vind. Ald. Pariſ. A. B. Edd., αυτο Med. Ask. αυτε poſtulat ſchedarum concors edictum, patiturque uſus. Adi ſis Portum & c. 15. Acceſſit crateris picturae ex ſchedis pronomen, quo gryphum capita prominentia clarius ſignantur. Conf. Euſtath. in Hom. p. 903. 5. *Weſſeling.*

οἱ προκροσσοι) Arch. Vind. pronomen deeſt aliis & Ald. Poſt εισι punctum Ald. Camer. I. II. comma poſt κολοσσες.

συνερηρεισαν) Pariſ. A. B. Paſſ. Med. Arch. Valla. Olim cum Ald. συνεκριθησαν. Miror, cur dubio vacuum συνεκρηθησαν a Gronovio non fuerit in contextum receptum. *Valken.* Belle Gronovius. Potes hoc Epicharmi apud Plutarch. T. 2. p. 120. A. pugnare, συνεκριθη και διεκριθη,

και

και απηλθεν, όθεν ηλθεν παλιν. At aliud eſt ex philoſophiae adytis ſuetum. In coalitis & conſociatis artiſſime animis illud valet. Scriptor incertus Stobaei Serm. 28. p. 197. δοκουντες γε δη, ώς τα προς έαυτον αρτιως εν φιλια συγκεκραθαι. Philoſtrat. Vit. Sophiſt. II. 2. p. 566. τους γουν αμφι τον Δημοςρατον ὗτω συνεκεκρατο, ώς — Talium apud alios magna merx. *Weſſel.*

ad Cap. CLIII.

Poſt Θηραιοι abeſt comma Ald. Cam. I. II.

απηγγελον) Arch. Vind. Ald. antea απηγγελλον.

εαδε). εδεεν αδελφεον τε απ' Arch.

απ' αδελφεῦ) Med. Ask. Paſſ. In ceteris & Ald. επ' αδελφεῦ.

λαχοντα) λαγχανοντα Med. Ask. Paſſ. & λαχαντα Arch. Vind. Pariſ. A. B. Ald. Edd. quod malo. vide lib. 3. 83. *Weſſeling.* poſt λαχοντα colon Ald. Camer. I. II.

χωρων άπαντων επτα εοντων) χωρεων άπαντων επτα εῦσεων Arch., quod praeferrem, ſi άπασεων dediſſet. *Weſſeling.*

και βασιλεα και ήγεμονα) και ήγεμονα και βασιλεα Arch. Vind.

Πλατεαν) qui ſupra, Πλαταιαν Ald. & qui ſupra.

ad Cap. CLIV.

Poſt λεγῦσι punctum Ald. Cam. I. II.

Αξος) Arch. Vind. Valla, & Steph. hoc ex loco: olim cum Ald. Οαξος. Steph. Byz. Αξος πολις Κρητης; ώς Ηροδοτος εν τεταρτῃ. Docti interpretes Ethnicographo errorem, quo ὁ Αξος

fecerit

ſecerit ex Οαξος, imputant, ipſimet aberrantes. Humanius Meurſius Cretae ſuae L. 1. 8. verbo nominem defendit, Αξος hic fuiſſe olim decernens; cuius quidem ſuſpicionem Mſſ. egregie iuvent. Cretenſes αξους ſuo vocabant ſermone κρημνωδεις τοπους, loca praerupta, qui Graecorum aliis αγμοι, Stephano in Οαξος teſte. Urbi ergo nomen ab indole ſitus & poſiturae. Situ vero Αξος, Οαξος & Σαξος, quorum Σαξιων ſuperant nummi, eadem urbs, ab. Edm. Chiſhall docte inquiritur Antiq. Aſiat. p. 125. *Weſſeling.* Poſt εν τη comma Ald. Cam. I. II.

αμητορι) αμητερι Arch., melius Suidas in v. & Βαττος. poſt τη comma Ald. Camer. I. II. in quibus & comma poſt επισταλθουσα.

ειναι και τω εργω) και τω εργω ειναι Arch. Paſſ.

επενειχασα) Arch. Vind. Pariſ. A. B. Euſtath. in Homer. p. 1183. 40. επενεγκουσα Med. Paſſ. Ask. Suid. Mutatum indignor, ſiquidem Ιακον atque idem ac κατηγορησασα, monente Euſtath. Sic hoc libro c. 167. αιτιην οι αλλην επενεικας, cui perſimile lib. I. 68. *Weſſeling.*

αναγνωσθεις) Citat Suidas in v.

γαρ δη) abeſt δη Arch. Vind.

Αξω) Arch. Vind. Valla. Ceteri cum Ald. Οαξω.

ξεινια) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. ξενιη, Ald. & alii. In controverſia haeret, de qua olim ad Diod. L. 13. 80. dubium enim in codd. differitate, quid ipſi maluerint ſcriptores. επι ξεινια L. 2. 107. 6. 34. 9. 88. at επι ξενια 5. 18. quod tamen Jonismo non facit ſatis. *Weſſeling.*

η μεν) Ald. Ask cum Pariſ. A. B. apud Larcher. quos cum Reizio ſequuti ſumus, η μην Alii, quos Weſſeling. ſequutus eſt.

δεηθη) δεηθειη Suidas. εξωρ-

εξωρκωσε) εξορκοσε ſine augmento Arch. poſt αγαγων οἱ comma Ald. Camer. I. II. in quibus punctum poſt θυγατερα.

περιημεκτησας) habet Suidas in v.

και διαλυσαμενος) Med. Ask. Paſſ. Suid. και omittunt reliqui cum Ald.

ξεινιην) Arch Paſſ. Vind. olim cum Ald. ξενιην. poſt παιδα comma Ald Camer I. II.

αποσιευμενος) Med. Paſſ. Ask., Suidas αφοσιουμενος in Βαττος & αφοσιουμεθα, mutata dialecto, αποσιουμενος Vind. alii cum Ald. αποσειευμενος pravc. conf. Gronov. & infra c. 203. MS. αποσιευμενος, quum male edatur αποσεισευμενος, contra quod tam viriliter ſe exſuit optimus Portus, ut plane veritatem, quum nobis offert optimus ille Med., coniectando adſequeretur prorſus laudabiliter. *Gronov.* Sinceram ſcripturam hic & infra IV. c. 203., dudum iam detexerat ante Portus, quam hic in Med. illic in aliis inveniretur codd. Uſitatam verbi formam praebet in v. Βαττος Herodotea transſcribens Suidas, αφοσιουμενος την εξορκωσιν· id eſt, ut exſolveret ſe iurisiurandi religione. Poterit & eodem hic modo verbum accipi, quo apud Iſaeum illud interpretatur Harpocrat. το μη εντελως τι ποιησαι, αλλ᾽ ὡσπερ ὁσιας ἑνεκεν Αφοσιωσασθαι ειπεν Ισαιος εν τῳ προς Ἑρμωνα· *leviter & dicis cauſa re perfungi.* Iſta periit oratio, ſed & in ſexta ſuperſtitum Iſaei adhibetur illud eodem modo; nam dicitur patriae civis utiliſſimus Apollodori pater ſolus ornaſſe triremem, ουκ αφοσιουμενος, αλλ᾽ ὡς οἱον τε αριστα παρασκευαζομενος, p. 67. 19. vide ad Harpocrat. Mauſſacum & H. Valeſium p. 259. exſtat inſignis Iſocratis locus p. 289. B. Plato de Legg. VI.

VI. p. 752. D. μη μονον αφοσιωσασθαι περι της χωρας — συντονως δ' επιμεληθηναι τας πρωτας αρχας εις δυναμιν οπως αν σωσιν ως ασφαλεστατα και ερισα. *Valken.*

σχοινιοισι) Paſſ. Med. Arch. Vind. Ask. Ald. vulgo σχοινοισι. poſt διαδησας comma Ald. Camer. I. II. idem poſt αναςπασας δε.

ad Cap. CLV.

Poſt Πολυμνηςος abeſt comma Ald. Cam. I. II. λαβων Arch. Vind.

περιϊοντος) Iſ. Voſſius προϊοντος adſcripſerat, quod lib. VI. 36. VII. 197 ut χρονȣ προβαινοντος V. 58. Addi complura aliunde poſſunt: ſed cui bono? Utrumque uſus patitur: χρονȣ δε περιϊοντος vidimus lib. 2. 121. & 133. *Weſſeling.* poſt περιϊοντος comma Ald. Camer. I. II.

ισχνοφωνος) ισχοφωνος Gloſſ. San-German. comma poſt vocem Ald. Cam. I. II. — Memorabilius Scholion San-Germ; ισχοφωνος· τον μογιλαλον ȣκ εωσι λεγειν, αλλ' απολαυνȣσι· Ηροδοτος ισχοφωνος. & hoc amplius, quod Budaeus in antiquo Herod. exemplari idem invenerit. Comment. L. 51. p 345. approbaveritque P. Leopardo Emend lib. 3. 11. Scaligeroque ad Euſeb. Battus ſane non erat λεπτοφωνος *exili linguae & gracili ſono*, quales ισχνοφωνοι, ſed vitio naturae innato lingua in proferendis animi ſenſis offendebat ac haeſitabat: & tales ισχοφωνοι, ſiquidem eorum praepeditur lingua, οτι ισχονται τȣ φωνειν, ut loquitur Ariſtod. Problem. Sect. XI. 35. ubi docte Sylburg. ισχοφωνȣς philoſopho, ex adiuncta originationis cauſa, inſtaurat. Mihi eruditorum conſilium placet, docto Battum

obli-

obligatione linguae laboraſſe primum & deinde *linguae nodis ſolutis loqui* coepiſſe ex Juſtini Lib 13. 7, ſequi non licet, quoniam omnibus in Mſſ. variatur nihil, & de Batto Heraclid. Pontic. ην γαρ ισχνοφωνος in Cyrenenſium Politia *Weſſeling.* Poſt τω ante ὀνομα comma Ald. Camer I II. punctum habent poſt αλλο τι, & comma poſt της τιμης.

την εσχε) Arch. Paſſ Ask. την δ' εσχε Med. antea ἡν εσχε cum Ald. Adludit ad haec Schol. Pindari Pyth Od. 4 princip. την εσχε nihil verius *Weſſeling*

βασιλεα) τον βασιλεα Ald. Camer. I. II. negligunt τον Arch Vind Paſſ. Ask & bene quidem Poſt δε οἱ comma Ald. Camer. I. II

Βαττ', επι φωνην) Habet ibidem Scholiaſtes & Tzetzes Chiliad VI. p. 361. Poſt Απολλων comma Ald. Camer. I. II.

οικιςηρα) οικηςηρα Ald. Camer. I. II. οικιζοντα Vind. Arch. ſoli.

ὡσπερ ει) ει abeſt Arch. Haec usque ad ηλθες, praeeunte Reizio incluſimus νεθειας ſuſpectiſſima, & e contexto Herodoteo, quod in verſione Germanica fecit Degenius, ſine dubio eiicienda. Intermedia, (quae inter οικιςηρα & ὁ δ' αμειβετο τοιοδε leguntur mea quidam opinione literatoris notam ſapiunt marginalem: ὡσπερ ει ειποι Ἑλλαδι γλωσση χρεωμενη, ω βασιλευ, επι φωνην ηλθες. Herodotum utique ſola decent iſta: Λιβυες τον βασιλεα Βαττον καλεουσι, και τουτου ἑινεκα δοκεω θεσπιζουσαν την Πυθιην καλεσαι μιν λιβυκη γλωσση, ειδυιαν ὡς βασιλευς εσαι εν Λιβυη. Ad interrogata non reſpondere mos Deo fuit Delphico, quem attigi in Schol. ad Phoeniſſ. p. 678.

p. 678. Quod ſuſpicabatur Herod., aliud olim Batto proprium inditum fuiſſe nomen, aliorum firmatur teſtimoniis, collectis a Spanh. in Callim. H. Apoll. v. 75. *Valkenar.*

περι της Φωνης) Arch. cum Vind. & Ald. omittit της ante Φωνης· punctum poſt αποικιζειν Ald. Camer. I. II.

εκι) ex Med. Ask. Paſſ. ceteri εκη cum Ald. Similis confuſio lib. 5. 13.

οἱ χρεων) Deſit Arch. Vind. poſt χρεων punctum Ald. Camer. I II.

ὡς δε κατα ταυτα) ὡς δε και ταυτα Arch. Vind.

ἡ) Abeſt Paſſ. Vind. Arch. Ask. Med.

ad Cap. CLVI.

Poſt τετω comma Ald Camer. I. II.

αλλοισι) negligitur ab Arch.

απεςελλον) απεςελον idem. poſt Θηραιοι comma Ald. Cam. I. II.

πλωσαντες δε ες την Λιβυην) ες την Λιβυην δε πλωσαντες Arch.

απεπλωον) Arch. Vind. bene. απεπλεον olim cum Ald. In Jonum πλωειν, derivataque amanuenſium graſſatur licentia. Απεπλωον οπιςω ες την Ασιην. Mſſ. L. 6. 116., απεπλωον οπισω ες το Αρτεμισιον concorditer plerique omnes L. 8. 14. *Weſſeling.*

τη ουνομα — ειρηθη) ειρεθη Arch. Vind. Paſſ. Ask. tum εςι Πλατεια Paſſ. Ask. Arch. ſed Πατεια, in Ald. εςι ante ὡς, tribus illis deſit: ſequutus eos ſum. *Weſſeling.* τη, ουνομα εςι ως Ald. Camer. I. II. Hic manum iniicit & moratur

 ειρεθη

ιερεθη codd. ex Poetae ερρεθη, quod lib. 6. 15.; ſicuti prius ſupra in Edd. c. 77. & VII. 184 in Scriptis. Utrumque genio Jonismi minime pugnare ex Euſtath. ad Homer. p. 1540. 12. certum eſt. *Weſſel.*

ἡ νησος) duae hae deſiderantur in Arch.

ad Cap. CLVII.

ἐνα αὐτων) ἑνα αὐτων Ald. Camer. I. II.

Αι τυ) Αἴτυ Med. Ask., αιτ' Paſſ. αἴ τε Regius unus *Larcher.* citat oraculum Plut. T. 2. p. 408, ubi principium periit, tum οισθας αρειον. Olim ex Ald. & aliis Αςυ εμευ. Principis poetae πολλων ανθρωπων ιδεν αστεα — & μεγαλα αστεα ανθρωπων Noſtri lib. I. 5. vereor, ut efficiant, Libyum αςυ, quod hic antea, optime dici. Mihi αἰ τυ blanditur mirifice, ſolo ingenii remigio a de Pauw productum, atque a Gronovio ex manu exaratis aſſertum quidem, ſed haud feliciter explicitum. Sententia gravis eſt & ειρωνικη. *Si tu Libyam, ovibus fecundam, neque a te aditam melius, quam ipſemet ego, noſti, ſapientiam huc accedentis, nimis miror.* Αι Dorium, vice ει, & μεμπτικον non neſciunt Grammatici *Weſſel.* Edixit nonnemo, Αςυ *omnino rectum eſſe, neque debere ſollicitari.* Perverſa Vir Cl. interpretatione corrupit inventam a ſe lectionem in Med. codice, αἴ τυ, vel αἰ τὺ, reddens *Eia tu*; non recordabatur, ει, *ſi.* Dorice pronunciatum αἴ Huius oraculi, leni medela perſanati laudem Adrianus Heringa reportabit, qui mihi aliquando domi ſuae facile perſuaſit, ſcribendum; Αι τυ ἐμεῦ — Μη ελθων ελθοντος, αγαν αγαμαι σοφιην.

ου. Sua dialecto Cyrenaei vel acceperant vel
certe memoriae tradiderant oraculum, quod
eſtimare licet ex Plutarch. T. 2. p. 408. A. Βατ-
τος ἡκε δευτερον ποτνιωμενος· ὑπειπων ἐν ὁ θεος —
ε Λιβυαν μαλοτροφον· οισθας αρειον, Μη ελθων·
λθοντος αγαν αγαμαι σοφιην σευ· ὕτω παλιν αυ-
ον εξεπεμψε. Sententiam prorſus obſcurat in-
er voces ελθὼν & ελθοντος perperam poſita di-
tinctio, recte praetermiſſa in antiquis Edd. Hic
aturalis eſſet ordo verborum, Αι τυ, μη ελθων,
ιβυαν οιδας αρειον εμευ ελθοντος, — *Tuam ego val-
e miror ſapientiam, ſi tu, qui Libyen nondum adii-
i, melius illam noſti quam ego, qui illuc venerim.*
roclive nunc erit, ſuam oraculo formam indere
lutarcho repertam. Αι τυ εμευ Λιβυαν μαλοτρο-
ον οιδας αρειον Μη ελθων ελθοντος, αγαν αγαμαι
οφιην σευ. Ore loquens Jonico Noſter, quan-
oquidem Dorica quoque dedit in oraculo ſe-
uenti c. 159., fortaſſe ne hic quidem Doricum
ι Λιβυαν μαλοτροφον evitaverat πλατειασμον·
cut αι pro ει, in Doricis reliquiis, Sophronis
ı primis & Epicharmi, pro ει κε, vel εαν, fre-
uentatur αικα, ſubiunctivis modis iunctum,
ommodum hic locum inveniet ingenioſa He-
ngae coniectura, in Heſychio Βαικαν, Κρητες
orrigentis, Βαικα, εαν, Κρητες. *Valken.*

δε τυτων) Med. Ask. Paſſ. δε deſit Ald. & aliis.

απεπλωον) απεπλεον Ald. Camer. I. II. in
uibus comma poſt τον ante ελιπον.

τω ὐνομα ην Αζιρις, τον ναπαι) Med. Ask. Paſſ.
ım Valla vulgo τη· cum Ald. in qua & Ca-
er. I. II. comma poſt τη exſtat, prave. tum Αζι-
ϛον Ask. Αζαριϛον Paſſ. reliqui Αζιριϛον. ναπαι
ım Ald. Conſpirant in voce Αζιριϛον dimittenda

 do-

doctiſſimi homines Iſ. Voſſius, Pavius, Berglerus, Melotus, Bouherius, Bondam, a quibus non deſſentio. Herodotus praeivit omnibus c. 186. Locus ipſe promiſcue Αζιλις ac Αζιρις, ut ſaepiuſcule in talibus, apud Steph. Byz. *Weſſeling.*

συγκληισι) ſolus ex dialecti more Paſſ., συγκλεισι reliqui cum Ald. punctum poſt vocem poſuit Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLVIII.

οἱ Λιβυες) Paſſ. quem articulum vulgo cum Ald. omittunt.

ὡς ες) Arch. Vind. Med. Paſſ. Ask. ceteris abeſt praepoſitio, ſicut & Aldo.

χωρον αξουσι) χωρον ηξουσι Arch. Vind.

εκλιπειν) εκλειπειν ambo illi Poſt οἱ Λιβυες comma Ald. Camer. I. II. quod non habent poſt ἑσπερην, & colon poſt χωρον ante Reiz.

παρεξηγον) παρηγον ora Steph. Paſſ. Arch. Vind. non prave. Interpunctionem Reizianam huius loci probavit *Larcherius* e cod. Reg. A. qui eodem modo interpunxit.

Ιρασα) Steph. Byz in vove, uti Holſten. poſt ειπαν punctum Ald. Camer. I. II.

ὑμιν) Arch. Vind. Ald. Pariſ. A. B. Edd. quod accommodatius. μεν Med. Ask. Paſſ.

τετρηται) Euſtath. Hom. p. 742. 22. haec explicit. Galeo ſignificant iſta *fertilitatem & ubertatem:* vellem docuiſſet, quo modo tandem fertilitas per *coelum* poſſit *foratum* deſignari. Dum quis iſta nobis probabilius interpretetur, interea quae mihi venit olim in mentem coniecturam pro-

ɪroponam. Ουρανος in antiquis ſcribi ſolet Codd. --νος· unicam his literam praefigamus, recuperabimus vocem *βουνος*, quam ego hic valde commodam iudico, ut Battum & comites, quum d fontem indigenae duxiſſent Libyes, dixiſſe erhibeantur: ανδρες Ἑλληνες; ενταυθα ὑμιν επιηδεον οικεειν, ενταυθα γαρ ὁ βουνος τετρηται· *hoc n loco commoda vobis erit ſedes, hic enim collis* vel *ger perforatus eſt, fontibus* nimirum; id eſt, γη ςι επυδρος πιδαξι, quod legitur c. 198. Primum ουνος vox fuit Cyrenaeis uſitata: Herod. IV. c. 99. χωρων τα μεσα — Βουνος καλεουσι· attigit Caſaubon. in Athen. 3, c. 22. Euſtath. in Hom. Odyſſ. T. p. 680 37. Κειται και εν Ἡροδοτω βαρβαρος λεξις ὁ Βουνος, Λιβυκη γαρ. Id. in Il. Λ. p. 831. 32., ἡ δε κολωνη και λοφος αν λεγοιτο και βουος, οπερ Ἡροδοτος μεν Λιβυων λεξιν ειναι φησιν, Αιλιος δε Διονυσιος λεγει, ὁτι Φιλημων επισκωπτει ο ονομα ὡς βαρβαρον, λοφον γαρ καλουσι. Quos eſpicit Aelius Dionyſ. Comici Philemonis duo enarios Jo. Clericus e Phrynichi repetere potuerat Ecl. p. 156., cui Βουνος etiam οθνεια dicitur φωνη της Αττικης· a Dorienſibus in Sicilia vocem transſumſiſſe videtur Aeſchylus, a Cyrenaeis accipere potuerunt Alexandrini; recentiores Graeci quivis *colles* & *tumulos* Βουνους dixerunt & Μαςους, Aetoli veteres βωμους. Cyrenaici regionis βουνοι ſimiles fuere βουνοειδεσιν αναςημασι οπων γεωργησιμοις, Diodoro memoratis V. c. 0. — Praeterea tumulum hic a Batto occupatum *fontibus* fuiſſe conſtat *irriguum*: vid P. Leonard. Emend. 3. c. 11. Sam. Bochart. G. S. II. 1. c. 25. & Ez. Spanhem. in Callim. H. Apoll. v. 88. Juſtinus 13, c. 7. *montem Cyram & propter amoenita-*

nitatem loci & propter fontium ubertatem occupavere. Fons Apollinis Herodoto dictus & Pindaro, Callimacho eſt Κυρη, unde nomen acceperit Κυρηνη. κρηνην Θεςιν memorat Herod. c. 159. *Valken.* Doctiſſimi huius viri emendationem, qua veriſimilior vix alia invenietur, recepit Degenius. Larcherius cum Weſſelingio ȣρανος retinet, & Euſtathianam eius probat explicationem, quam Weſſelingius ad h. l. protulit, qui, Virulentum eſt Comici, Jovem *pluvium* δια κοσκινȣ ȣρειν, *per cribrum meiere* Nub. v. 372. Afferrem, ὁ ȣρανος τετρηται, de copioſa iſthic coeleſti aqua, ſuavius multo, Hebraeorum Geneſ. c. 7. v. 11. וארבת השמים נפתחו, *& coeli feneſtrae referatae ſunt*, excellentiſſimum. Audiatur Euſtathius, ὁ δε περι τινα Λιβυκην γην, Noſtrum ſpectans, τετρησθαι τον ȣρανον φαμενος — ετερατευσατο· ηθελε γαρ ειπειν, τον ȣρανον, ως οια τινα δεξαμενην, εν μεν ταις αλλαις χωραις εςεγανωσθαι, περι δε τον τοπον εκεινον, οιον συντετρησθαι, ως ὑετον συχνον εξερευγεσθαι, και αρδειν τα εκει προς τροφιμοτητα, quibus ad loci explicationem nihil nitidius clariusve. Rem perſpectam habuit citra Euſtathii auxilium Bouherius Diſſ. Herod. c. 12. p. 138. *Weſſeling.*

ad Cap. CLIX.

Βαττεω τε) Βαττȣ τε Paſſ. Ask. Aliis & Ald. enclitica abeſt. Si licet, ſuſpicor equidem, ante haec verba Επι μεν νυν Β. τȣ οικιςεω της ζοης, olim alia quaedam lecta, quae nobis perierint, de condita Cyrene, quo referretur appellatio τȣ οικιςεω, atque in his forte traditum, quando Battus

Battus expeditum acceperit uſum linguae: *Monte Cyra occupato*, ſecundum Juſtin. XIII. 7., *Battus linguae nodis ſolutis loqui primum coepit; quae res animos eorum, ex promiſſis Dei iam parte percepta, in reliquam ſpem condendae urbis accendit.* Auctore Pauſania X. p. 834., vidit Battus leonem, και αυτον το δειμα το εκ της θεας βοησαι σαφες και μεγα ηναγκασεν. Inſtar Batti forte τραυλος, Croeſi filius in ſubito terrore vitium nodumque linguae rupit, planeque & articulate loquutus eſt, Gellius N A. V. c. 9. ερρηξε φωνην ὑπο δεους τε και κακου Herod. I. 85. *Valken.*

ζοης) Ζωης Arch. male. omiſit comma Ald. Camer. I. II. idem in his abeſt poſt Κυρηναιοι & poſt τριτου. Sed optime ad hunc noſtrum modum interpunxit Palmerius Exercit. in Gr. Auct. p. 24. Nam Battus, eius nominis ſecundus, *Felix* appellatus eſt, non — tertius. επι τριτου ſucceſſionis ordinem requirit. Bene Plutarch. in Coriol. p. 218. E. ευτυχιας δε (Graeci επωνυμον εθεντο) τον ευδαιμονα, τω δευτερω των Βαττων. Attigi ad Diodor. T. 2. p. 551. *Weſſeling.*

συνοικησαντας) Ald. Arch. Paſſ. bene. Vide ſupra c. 148. συνοικισαντας ceteri.

Poſt περιοικοι Λιβυες comma Ald. & ante Reiz. idem poſt τω ante ουνομα Ald. Cam. I. II.

Αδικραν, οια) Αδδικρανοια Arch. & Valla, una voce. Comma poſt Αιγυπτον Ald. Cam. I. II.

αὐτους) αὐτους Ald. Cam. I. II.

επεμπε) επεμψε Arch. Paſſ. poſt Κυρηνην punctum Ald. Cam. I. II.

εκστρατευσαμενοι) εκστρατοπεδευσαμενοι Arch. Vind.

Θεϛην) Med. Ask Paſſ., Θεϛιν Pariſ. A. B. Vind. Arch. Ald. Edd. Valla, res dubia.

οἱ Αιγυπτιοι) Paſſ. Ask. Vulgo & Ald. οἱ deerat.

ταυτα) ταῦτα Arch.

ad Cap. CLX.

Αρκεσιλεως) Αρκισελεως Vind. ſemper, Αρκισελεος cum Arch. Ask. Med. Paſſ. Αρκεσελαος Ald. Edd. Αρκεσιλεως ob ſecundum tertiumque Αρκεσιλεω, Αρκεσιλεων caſum, & quoniam toties totiesque in ſequentibus Αρκεσιλεως. Similis ſunt flexionis Μενελεως, Χαριλεως &c. *Weſſeling.* Βαττȣ Paſſ. Ask. Vind. Arch. Poſt βασιλευσας abeſt comma Ald. Camer. I. II. poſt αδελφεοισι comma habent eaedem & poſt ϛασιασε colon, comma iterum poſt απολιποντες.

απιϛασι) απιϛασαν Arch. Vind.

Αρκεσιλεως) Αρκεσιλαος Ald. Edd. vid. ſupra. idem infra.

Poſt φευγȣσι comma Ald. Cam. I. II.

ες ȣ) Med. Arch. Paſſ., εσο Ask. ἐς ὁ Ald. Vind, iteratiſſima variatione. Poſt επιδιωκων punctum Ald Camer. I. II. in quibus comma poſt συμβαλοντες δε.

τοσȣτο) τοσȣτον Arch. Vind. poſt καμνοντα σε comma Ald. Camer. I. II.

και φαρμακον πεπωκοτα) και πεπτωκοτα Arch. tantum, verum prave.

Λεαρχος) Arch. Vind. Valla, & mox, olim, & in Ald. Αλιαρχος, & Αλιαρχον. Habeat ſuum ſibi nomen homo infelix & ingratus Plutarcho Virtut. Mulier p. 260. E. Λααρχος, quod idem nomen, non tamen Arceſilai frater,

r, ſed Φιλος πονηρος, per amici nomen regis
ortem architectatus & tyrannidem, uti de per-
ti hominis interitu & Eryxo, animoſa matro-
ı, plura. Quod ibidem de Amaſidis, Aegy-
iorum regis, militibus, ſuſpicionem firmat,
ıa de L. 2. 181. Polyaeno conſimiliter Λααρ-
ος L. 8. 41 ſed ex Plutarcho Weſſeling. Cyre-
ıica, ni fallor, nominis forma Λααρχος in
λαρχος vel Αλιαρχος facile tranſiit. *Valkenar.*

η γυνη η) Pariſ. A. Arch. Vind deerat aliis
Ald. alterum η poſt τη ante ονομα comma Ald.
amer. I. II.

ad Cap. CLXI.

τε Αρκεσιλεω) Med. Paſſ. Ask. Arch. τετε τε
ım antea Ald poſt Βαττος abeſt comma Ald.
amer. I. II.

χωλος τε εων) Med. Paſſ. Ask. in ceteris &
ld. enclitica deſideratur. Poſt Δελφες comma
ullum in Ald. Camer. I. II.

εκ Μαντινεης) Arch. Paſſ. Ask. Vind. alii &
ld. της interſerunt, ſine cauſa. poſt τω ante
ομα comma Ald. Camer. I. II.

ώνηρ) ὠνηρ Ask. abeſt comma poſt σφεας
ld. Camer. I. II.

γαρ) abeſt Arch. Vind. poſt περιοικων com-
a Ald. Camer I. II.

μιαν) negligit Arch. Poſt Πελοποννησιων com-
a Ald. Camer. I. II.

Poſt παντα comma ante Reiz. poſt τα in
d. Camer. I. II.

ad Cap. CLXII.

Βαττεω) Βαττε Arch. Paſſ. Ask. Poſt Αρκε-
λεω comma Ald. Cam. I. II.

 Poſt

Poſt κατα τα comma Ald. Cam. I. II. idem poſt ϛασιαζον & μητηρ οἱ.

Poſt αξιοθεητον comma, poſt ανεθηκε punctum, poſt το comma Ald Cam. I. II.

παρα τουτον) Arch. Vind. Paſſ. Ask. Valla. Olim τουτο, quod operarum Aldi ſocordia peperit, & ſequuturis reliquit. *Weſſeling.*

ὁ δε γε) Arch. pulcre. γε aberat Ald. & aliis. poſt Ευελθων comma Ald. Cam I. II.

λαμβανουσα το διδομενον) Syllabam effeciſſe ſuſpicor poſtremam, ut vocula nobis αιει perierit, reponendumque ἡ δε λαμβανουσα το αιει διδομενον. De ſibi invicem continua ſerie ſuccedentibus ſic ſolet αει venuſte poni pro συνεχως. Homerus μελισσαων meminit Πετρης εκ γλαφυρης αιει νεον ερχομεναων. Il. B. v. 88 vide Heſych. in Αιει νεον ε. Thucyd. p. 277 78, Αθηναιων ὁ αιει εντος γενομενος. Herod. 2. 168 ταυτα τοισι αιει δορυφορευσι εδιδοτο. & ſaepius alibi. Vocem autem iſtam, quod fatendum eſt, valde accommodam, hoc in loco legiſſe videtur Euſtath. ex Herod. ſic hiſtoriam enarrans in Il. Z. p. 523. αιει γαρ εκεινη το μεν διδομενον, φησιν, ελαμβανε, και καλον ελεγε, καλλιον δε εκεινε (L. εκεινο) το ϛρατιαν λαβειν· τελευταιον εξεπεμψεν αυτη δωρον ατρακτον χρυσεον και ηλακατην, ἡ και εριον προσεκειτο, και προσεπεμπεν, ὁτι γυναικι τοιουτοις δωρεισθαι χρη, αλλ' ου ϛρατια θνησκουση εκ των τρωματων. Miror ultima, & in his vocem Jonicam Herodoti. Paene ultima lectiones adfirmant a Gronovio reiectas. Homerica, ισον τ' ηλακατην τε — Ariſtophanes etiam expreſſit Lyſiſtrata v. 519. *Valkenar.*

καλον μεν) Alludit Euſtath. Homer. p. 657. 40.

τȣτο γαρ επι) ſine *γαρ*, quod abeſſe poteſt, ragm. Pariſ.

τελευταιον) *τελευταιων* idem. poſt *Ευελθον* comma Ald. Camer. I. II. idem poſt *χρυσεον* & colon oſt *ηλακατην*.

δε και) Med. Paſſ. Ask. alii omnes cum Ald. *οἱ και* & forte Euſtathius, tum *εσπασης* iidem es, ceteri *επεσπασης*, utrumque retineri potuerat.

ad Cap. CLXIII.

Πυθιη οἱ χρα) Med. Arch. Vind. Paſſ., reliquis *οἱ* aberat.

ανδρων γενεας) comma abeſt Ald. Cam. I. II. *νδρων* non eſt in Arch. Vind. male. Vide II. 142. oſt *Κυρηνης* punctum Ald. Camer. I. II. comma oſt *τȣτȣ*, ſed abeſt poſt *ειναι*.

εὐρης) *εὐρεης* Arch. quod non ſperno, *εὐρης* lii. Statim *πλεειν* Paſſ.

εξοπτησης) *εξοπτησεις* idem & Arch.

ȣρον) *ȣρων* Ald. Camer. I. II.

εσελθης) Paſſ. alii *εισελθης* cum Ald. & Edd. oſt *αμφιρρυτον* punctum Ald. Camer. I. II.

αποθανεεαι) *αποθανεαι* Arch.

ad Cap. CLXIV.

Poſt *Κυρηνην* punctum Ald. Camer. I. II in uibus commata poſt *των δε* & *οἱ μεν*, colon poſt *πταλλασσοντο*, comma poſt *Αρκεσιλεως*.

την σφετερην) Articulus Arch. deeſt.

ὁ Αρκεσιλεως) Paſſ. Ask., reliqui *ὁ* non habent, nec Aldus *Αρκισελεος* Arch.

επ' εξεργασμενοισι) *επεξεργασμενοισι* Ald. Camer. I. II. prave. pravum idem in Plutarchi maignit. p. 870. B. e Noſtri lib. 8. 94. Elegans Eurip.,

rip. Bacch. v. 1037. *πλην επ' εξαργασμενοις Κα-κοισι χαιρειν, ω γυναικες, ε καλον.* Utitur plus ſimplici vice Aeſchyl. in Perſ. v. 526. Agam. v. 1388. &c. *Weſſeling.*

εργετο εκων της των) εργετο ἑκων της Κυρ. Ald. Arch. Vind. Pariſ. A. B Edd. Valla. in Med. Ask. Paſſ. *ἑκων* deerat, negligenter. Hic quoque vetus & Vallae reperta lectio revocabitur, *εργετο ἑκων της Κυρηναιων πολιος, urbe Cyrene ultro abſtinebat*, ſive, *ſemetipſe volens arcebat urbe*: male vir Clar. verbum *εργετο* reddidit *arcebatur*: apud Herodot. *εργεσθαι* formae mediae verbum ſignificat *ſemet arcere*, adeoque *abſtinere*: II. c. 18., *θηλεων βοων μη εργεσθαι*, idem eſt ac *θηλεων βοων γευεσθαι*, IV. c. 186. V. c. 57. *πολλων επιταξαντες εργεσθαι. Valken.*

Poſt *τω* ante *ονομα* comma Ald. Camer. I. II.

Αλαζιρ) Med. Paſſ. Valla. Αλιζαρ Ask. Αλαζειρ Arch. Αλαζηρ Ald. Pariſ. A. B. Edd. horum quid verius, quis definiet? *Weſſel.* Poſt *απικνεεται* punctum Ald. Camer. I. II.

Βαρκαιοι τε) Βαρκαιοι γε Ask. ſtatim *και* omittens cum Med., ceteri ſervant, idque iure. *Weſſel.* poſt *αγοραζοντα* comma ante Reiz.

Αλαζιρα) Paſſ. Αλιζαρα Med. Ask. Αλαζειρα Arch Αλαζηρα Ald. &c. Gronovius Αλαζιρ magis Africanum putat.

ειτε εκων) duo haec praetervidit librarius Arch. comma poſt *ἑκων* Ald. Cam. I. II.

ἁμαρτων) Arch. Med. Paſſ. Ask., alii cum Ald. *εξαμαρτων*.

ad

ad Cap. CLXV.

Poſt ἡ δε comma Ald. Cam. I. II.

αὐτη) αὐτῃ Arch. non inconcinne. Conf. lib. 187.

εν Κυρηνη, και τ' αλλα) Quatuor haec idem eglígit Poſt φευγουσα comma Ald. Cam. I. II. unctum poſt πεποιημεναι.

ὁ Αρκεσιλεος) Paſſ. Vind. Arch. Ask. Pariſ. B. ı Ald. Edd. deerat articulus.

φορον) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. reliqui ορους cum Ald. v. ſupra c. 35.

Αρυανδεω) Αριανδεω Arch. cum Valla; & ſemer quidem: tum ἑζετο Med. Paſſ. Ask. bene. vid. l c. 145., ἵζετο alii. poſt κελευουσα comma Ald. am. I. II.

ad Cap. CLXVI.

ὕπαρχος) comma poſt vocem Ald. Cam. I. . ἵππαρχος Fragm Pariſ. male. poſt κατεστεως unctum Ald. Camer. I. II.

τουτων παριστευμενος) Arch. Vind. παριστουμενος ılgo. τουτον παριστουμενος Ald. Cam I. II. παριυμενος Jonum ex more, ſaepe ſpreto. Dedeınt ſchedae αποσιευμενος c. 154. praebebunt ild ipſum c. 203. tum ανταγωνιευμενους L. 5. 109. que his ſimilia. *Weſſeling.* poſt Δαρειω comma ld. Cam. I. II.

ἑωϋτω) ἑωϋτου Vind. Arch. abeſt comma poſt πεδιαι, poſitum poſt τουτο in iisdem.

εμιμεετο) εμιμεατο Arch.

τουτο) deeſt Fragm. Pariſ. poſt το comma Ald. ım. I. II. idem poſt τουτον ante Reiz.

εσ, ὃ) Med. Paſſ. Fragm. Pariſ. εσο Ask. ſive εσ ὅ ut reliqui.

εςι) Valla, Arch. Vind. Fragm. Pariſ. Ask. Paſſ., in aliis & Edd. cum Ald. ετι. Poſt Αρυανδικον colon ante Reiz.

οἱ αλλην) οἱ deſit Arch.

επανιςεατο) Med. Arch. Ask. επανιςεωτο Paſſ., & Edd. cum Ald. επανιςαιατο, male.

ad Cap. CLXVII.

ςρατον τον εξ Αιγυπτου) ςρατον εξ Αιγυπτου Arch. Vind. poſt πεζον comma Ald. Cam. I II.

δε του μεν) μεν του Arch. Vind.

Βαδρην) Μαρδην Arch., Vind. Μαδρην, *Mandrem*. Valla. Haeſito, quid verius certiusque. In propriis nominibus frequentiſſima Mſſ. diſcordia. Idem claſſis praefectus c 203. Βαρης, ubi *Badres* Laurentius, quod retineo: Μαδρης Vind. huc ducit ex confuſione literarum β & μ in codd. tortiſſima *Weſſeling.* Infra c. 203. ὁ του ναυτικου ςρατηγος dicitur Βαρης· ob tantillam ſcriptionis librario procul dubio imputandam differentiam non debuerant tamquam diverſi conſiderari *Badres* & *Bares*: genuinum forte nomen Βαρην onerat litera male repetita. *Valkenar.*

πριν δε η) Vind. Med. Paſſ. Ask., ob Ald. & aliis η exſulat. poſt ςρατην abeſt comma Ald. Camer. I. II.

ὁ Αρυανδης) deſit articulus Ald. Cam. I. II.

αυτοι) Arch. Vind. Paſſ. Ask. Med. Valla, vulgo αυτον ex Ald.

ὑπο-

υποδεκεατο) Arch. Vind. Edd. υπεδεκεατο Ald. 'am. I. II., υπεδεκοντο vetante dialecto, Med. aſſ. Ask.

απεςειλε) Paſſ. quod maluit Weſſel. antea πεςειλε cum Ald poſt εγινετο punctum ante Reiz.

προσχημα τε λογε εγινετο) Ex Latinis *titulus ſferendi belli*, putes προσχημα τε πολεμε Vallam idiſſe, quale Polybii, ονομα και προσχημα τε πολεμε L. XI. 5. ſed eius nec vola nec veſtigium in ıanu deſcriptis. Reiskii elegans coniectura προσχημα τε ςολε, *obtentus expeditionis*, in eadem haeret difficultate. Potius erit, novationi vale dicere. Λογε προσχημα velamentum & color ſermonis eſt, quo veritatem diſſimulabant Perſae. Geminum germanum lib 6. 133. τετο μεν δη προσχημα λογε, ſic Mſſ. *in hoc colore inter fandum* Miltiades *utebatur. Weſſeling.*

Αποπεμπετο) επεμπετο Arch. Vind. poſt ή ϛρατιη abeſt comma Ald. Vind.

δοκεειν) Med. Paſſ Ask. ceteri δοκεει cum Ald.

επι Λιβυων) επι Λιβυης Paſſ. non abſurde. oſt πολλα comma Ald. Cam. I. II. punctum poſt πηκοα, comma poſt πλεω.

εφροντιζε Δαρειε) Arch. Ald. Vind. Valla. φροντιζε βασιλεος Δαρειε vulgo. ingrata βασιλεος iteratio conf. C. 197. *Weſſeling.*

ad Cap. CLXVIII.

ταδε) τα Arch. poſt Λιβυες abeſt comma Ald. Camer. I. II.

αρξαμενοι) Steph. ora Vind. Paſſ. Ask. Olim x Aldo αρχομενοι.

Αδυρ-

Αδυρμαχιδαι) Αδαρχιδαι ex h. l. Stephanus, prave. vid Holſten. Poſt νομοισι μεν comma, poſt χρεωνται colon Ald. Cam. I. II

Poſt Φορευσι comma in iisdem.

οἵηνπερ οἱ) Med Vind Arch. Paſſ. Ask.; olim οἵηι οἱ Ald. Pariſ A B. Edd

ψελιον) Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. ψελλιον reliqui cum Ald. vid. lib. 3. 20.

ἑαϋτης) Arch. Vind. Paſſ Ask Valla recte: ἑωϋτους olim ex Ald. poſt εργαζονται punctum Ald. Camer. I. II.

διαπαρθενευεται) Pollux III, 42. hinc poſt τω ante ουνομα comma Ald Camer. I. II.

Πλευνος) Πλυνος Steph margo Arch Vind. Valla: idem Regius unus apud Larcher. quod *Larcherius* & *Reizius* praeferunt: nos Weſſelingium ſequuti ſumus, quod iam diſplicet. Tzetzes ad Lycophr. v. 149. Πλυνον, πολιν Λιβυης habet, quae huic lacui ſi accubuerit, Πλυνος, ut veteres ſchedae, optabilior. *Weſſeling*.

ad Cap. CLXIX.

Γιλιγαμμαι) Τιλιγαμμαι Paſſ. Med. Ask. & poſt pauca Γιλιγαμμεων iidem. Γηγαμαι Arch. Γιγαμαι Ald Edd. Γιλιγαμβαι, εθνος Λιβυης, Ηροδοτος Δ. Steph Byz robur accipit ex Med & ſequacibus, viciſſimque addit. Recepi Γιλιγαμμαι & Γιλιγαμμεων ex ductibus codd. & Steph., obſecutus Gronovio, cuius laudatio libri Florentini modum excedit. Recepi tanto autem promtius, quod Brit. A. quo ſicuti & altero deinceps utar, clare Γιλιγαμμαι, Γιλιγαμμεοι, Γιλιγαμμεων. *Weſſeling*.

την προς) το προς Vind. Arch. Paſſ. Ask.

τουτου χωρω) Med. Paſſ. Ask. alii χωρω τουτω cum Ald. in qua & Camer. I. II. comma poſt vocem exſtat.

Πλατεα) Πλατεια Arch. Vind. & mox. poſt την comma poſt Κυρηναιοι punctum Ald. Cam. I. II.

Μενελαιος) Μενελεως Arch., Μενελαος Ask. Paſſ. Poſt Αζιρις punctum, poſt την comma Ald. Camer. I. II.

απο τουτου) εκ τουτου Arch. Vind.

ad Cap. CLXX.

Γιλιγαμμαιων) Γιγαμεων Ald. vid. ſupra.

Ασβυσαι) Ασυνται & Ασυντεων Med. Ask. Ασβυται & Ασβυτεων Paſſ. Valla. Alii Ασβυσαι cum Ald. & Edd. Ασβυσαι in Lybia norunt complures, ab Holſtenio ad Steph. Byz. ſignati, tum Lycophron quoque v. 895. Quis Ασυνται tandem? Liquidus Med. lapſus ex Schedis eſt Paſſ. Neque officit hilum, quod Asbyſtarum ſedes latius in Africae mediterranea porrigatur ab aliis, ſiquidem in talibus multiplex variatio, & Asbyſtae minime maritimi. *Weſſeling.*

ουτοι τοι) Vind. ουτοι το Edd. Arch. το deeſt Med. Paſſ. Placet Vind. Poſt Ασβυσαι punctum Ald. Camer. I. II.

παραθαλασσιαν) una voce Ald. Cam. I. II. cum commate poſt vocem. παρα την θαλασσαν Vind. Arch.

Poſt ηκιστα comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLXXI.

Αυχισαι) Αυχισοι Arch. Vind. Valla. & mox. Steph. Αυχιται, εθνος Λιβυης υπερ Βαρκης, optime hinc Holſtenius emendat, & Cuperus Syllog. Epiſt. Burmann. T. 2. p. 690. Certe Αυχισαι in Codd. Diodori & Ptolemaei, ſicuti ad prioris lib. 3. 49 adnotatum. *Weſſeling.*

Καβαλες) Βακαλες ora Steph. & Ask. Ceteri Καβαλες. Poſt χρεωνται comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CLXXII.

Αυχισεων) Αυχισεων Arch. tum τουτων cum Vind. Ask.

Νασαμωνες) Arch. ſemper, & recte ex decreto Euſtathii in Dionyſ. v. 209 neque alius voci tonus lib. 2, 32., in Ald. & Edd. Νασαμωνες. *Weſſeling.*

καταλειποντες) καταλιποντες Arch. Vind.

Αυγιλα) Med Ask. Paſſ. Arch. Valla, recte. Olim Αιγιλα. conf. Diſſ Herod. c. 2. p 14 *Weſſeling.* poſt Φοινικας punctum Ald Cam. I. II. poſt πολλοι comma in iisdem. quod omittunt poſt πεφυκασι ponuntque poſt παντες, & poſt αττελεβους.

αττελεβους) αττελαβους Arch. Vind. habet Euſtath. in Dionyſ. v 209. novitque Graecus Nahumi interpres c. 3. 17 Editum Jones maluerunt *Weſſeling.* poſt αττελεβους comma Ald. Cam. I. II. poſt καταλεισι colon ante Reiz.

επι γαλα) ex Arch. Vind. cum Reizio recepimus: praepoſitio deſit ceteris omnibus.

[επαν

[*επικοινον — ποιευνται*]) Haec *νοθειας* manifeſte ſuſpecta Reizio praeeunte incluſimus. *την* omittunt Ask. Paſſ. Quae poſui, verba ſunt quidem Herodoti; ſed numquam mihi perſuadere potui, hoc illa loco fuiſſe ab auctore collocata; quodque adeo viſum fuit probabilius; aliis etiam reddere nitar veriſimile. Duae ſunt res nequam diverſiſſimae, tametſi de iisdem dici poſſint, *επικοινον των γυναικων την μιξιν ποιεεσθαι*, & *εμφανεως*, vel *κτηνηδον*, *μισγεσθαι*. Utrumque facere ſueverant, ſecundum Herodotum, Auſenſes in Libya, c. 180., *μιξιν επικοινον των γυναικων ποιευνται, ουτε συνοικεοντες, κτηνηδον τε μισγομενοι.* quod addit de liberis, habet & Mela I. c. 8 §. 90. Alterum in Scythia molles probarunt Agathyrſi, IV. c. 104., *επικοινον των γυναικων την μιξιν ποιευνται*, hac addita ratione, *ινα κασιγνητοι τε αλληλων εωσι, και, οικηϊοι εοντες παντες, μητε φθονω, μητε εχθεϊ χρεωνται ες αλληλους*' quae a Platonica haereſi non abludunt; ut non iniuria Strabo dixerit *τας γυναικας Πλατωνικως εχοντας κοινας και τα τεκνα* VII. p. 461. A. Gindanes Africanos promiſcuos etiam probaſſe concubitus liquet ex Herodoto IV. c. 176. — Jam vero verba, *επικοινον αυτεων την μιξιν ποιευνται*, bis apud Noſtrum de aliis poſita, hinc arbitror aliena, atque a ſciolo priorum memore primum in margine ſcripta, poſtea, ut fit, in contextum recepta. Primo ne Valla quidem iſta legiſſe videtur in ſuo cod. Deinde quaero, quem habeant inter ſe nexum *μιξιν ποιευνται — μισγονται*; Praeterea, ſi dederat illa, cur tandem tamquam rem miram prodidit memoriae, novam nuptam prima nocte *δια παντων*

 των

των διεξελθεῖν τῶν δικτυμένων μισγομένων; quale Diodorus etiam Sic. inſtitutum in inſulis obtinuiſſe narrat Balearibus V. c 18. Neque Mela legit, quae reiicienda cenſeo; dum ſic vertit Herodotea I. c. 8. 55. Feminis eorum ſolemne eſt nocte, qua nubunt, omnium ſtupro patere; — & tum cum plurimis concubuiſſe maximum decus; in reliquum pudicitia inſignis eſt. Evincit illud tandem meo ſaltem arbitratu comparatio moris Maſſagetarum. Iſtis autem reiectis apte ſibi reſpondent Herodotea: γυναικας δε νομιζοντες πολλας εχειν ἑκαςος, τροπῳ παραπλησιῳ τῳ και Μασσαγεται, επεαν σκιπωνα προςησωνται μισγονται. Liquet, opinor, non quod cum multis commune habuerint Maſſagetae, ſed horum peculiarem quandam reſpici conſuetudinem: quaenam autem illa? Herod. I. c. 216. Μασσαγετης ανηρ, τον Φαρετρεωνα αποκρεμασας προ της ἁμαξης, μισγεται αδεως· ſimiliter Naſamones ſupra dixerat I. c. 203., μιξιν τουτων των ανθρωπων ειναι εμφανεα κατα περ τοισι προβατοισι· vide Zenobii Proverb. p. 122. 17. — In his Gronovius e Med. σκιπωνα recepit: nihil intereſt, hoc probetur an ante receptum σκιμπωνα. Venit in mentem aliquando diverſum ab utroque; επεαν τκιμποδα προςθησωνται, *in propatulo poſito grabatulo* De Moſynoecis legatur Apollon. Rhod. II. 1025. & Scholiaſta. *Valk.*

Poſt παραπλησιῳ & τῳ commata Ald. Cam. I. II. abeſt hoc poſt Μασσαγεται in iiſdem.

σκιπωνα) Med. Ask. Paſſ. Vind. Arch. & Britan. A. C. σκιμπωνα reliqui cum Ald. vid. *Valken.* in praeced. annot.

 Poſt

Poſt των δε comma, idem poſt δαιμον & τα. Ald. Camer. I. II.

ορκιοισι) Ask. Paſſ. Med. olim ορκαισι ex Ald. Arch. Vind.

παρα σφισι) παρα σφι Arch. Vind. nec prave.

επικατακοιμεωνται) επικοιμωνται Med Paſſ. Ask.; vulgatum dant Ald. Pariſ. A. B. Arch. Vind. Brit. A. C. επικατακοιμεωνται ſervat Joniſmi indicia, ſervandumque fuerat. In illa incubandi ſuperſtitione εγκοιμασθαι, κατακοιμασθαι, & eiusdem originis alia teri, dixi ad Diodori lib. I. c. 53. Conſtat quoque Tertullianum de Anima c. 57. ad haec alluſiſſe. *Weſſeling.*

το δ' αν ιδη εν) το δ' αν ιδοι Ald. Camer. I. II. Quod editum, habent Med. Arch. Vind. Paſſ. Ask. verum εν Arch. Vind cum Aldo praetereunt. Olim ιδοιεν τη. Excerpſit haec Euſtath. in Perieg. v. 209.

τουτω χρεωνται) τουτω χρεαται Arch. Paſſ Vind.

τοιησιδε χρεωνται) τοιησιδε Paſſ. Ask. bene, τοιησι alii cum Ald. poſt χρεωνται comma Ald. Camer. I. II.

πιειν) ποιειν frequenti lapſu Arch. poſt πιειν colon Ald. Camer. I. II. punctum in his poſt πιειν, comma poſt οἱ δε.

χαμαθεν) χαμοθεν Ald. Cam. I. II. & alii, χαμαθεν Med. Paſſ. Ask Arch. Vide L. 2, 125. poſt λαβοντες comma Ald. Cam I II.

λειφουσι) ex Reizio. antea λειχουσι.

ad Cap. CLXXIII.

Ψυλλοι) Citat Steph. Byz. in Ψυλλοι. poſt ανε- comma Ald. Camer. I. II.

εξηνυνε) εξηνυνεν Arch. Poſt οἱ δε comma Ald. Camer. I. II. in quibus λεγω δε — Λιβυες ſine parentheſi expreſſa, & comma poſt ταυτα. Parentheſin primus habet Reiz. Poſt νοτος comma Ald. Camer. I. II.

ad Cap. CLXXIV.

Poſt θηριωδει comma Ald. Camer. I. II.

παντα ανθρωπον) παντες & mox Arch. Vind. prave Conſentiunt edito Steph. in Γαραμαντες, & Euſtath ad Dionyſ. v. 217. Poſt ὁμιλιην punctum Ald. Camer. I. II.

